Thobia. iiij ꝑtes naturalis iuſticie quā xp̄s ⁊ fecit ⁊ docuit Quod tibi nō vis fieri aliis ne feceris: et quecūqꝫ vultis vt faciant vobis homines: et vos facite illis.

¶ De ſtola et eius miſterio. Capitulum. xxvi

Stola que ſuꝑ amictū collo ſacerdotis incūbit obedientiā ⁊ ſeruitutē ſignificat quā dn̄s oīm: ꝓpter ſeruoꝝ ſalutē ſubiit. Nā cū ī forma dei eēt nō rapinā arbitratus eſt eē ſe equalem deo: ſed ſemetipꝫ exinaniuit formaꝫ

M.E.C.D. 2016

ſerui accipiēs: factus obediens vſqꝫ ad mor. mortem autem crucis: cauſam aūt mortalitatis nec cōtraxit orgine nec commiſit in opere quia quod nō rapuit hoc exſoluit: dedit enī ei calicem pater non iudex amore non ira. volūtate: non neceſſitate. gratia: nō vīdicta. Hic eſt ille iacob qui parēs precepto patris yſaac. et conſilio matris rebecce. ſeruiuit labā vt rachel: ⁊ lyam duceret in coniugium.

Gene.

¶ De tunica. Capitulum. xxvij.

TUnica poderis que hyacinthini coloris erat veteri ſacrificio que tintinnabulis et malis punicis ab inferiori parte cedentibus vt pontifex totus vocalis incederet: celeſtem chriſti doctrinam inſinuat. cuius noticiam habuerūt omnes. quibus dicitur per prophetam. Sup mōtem excelſum aſcende tu qui euangelizas ſyon. precipue tamen hanc tunicam habuit euangelice textrix doctrine ſapiētia dei. chriſtus et dedit illam diſcipulis ſuis. Omnia inquit quecunqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. Hanc ergo ſignificauit illa tunica domini quam noluerunt milites ſcindere eo quod eſſet inconſutilis deſuper contexta per totum damnum fore maxime exiſtimantes. Si qui doctrinā euāgelicam ſcindere moliantur.

Eſa. xl.

Quid inſinuat ꝙ milites non ſciderunt xp̄i tunicā

¶ De dalmatica. Capitulum. xxviij.

SUper hanc tunicam pontifex veſtit dalmaticam q̄ ſui forma latam et largam miſericordiam chriſti ſignificat: quam ipſe pre ceteris et docuit et impendit. Eſtote inquit miſericordes ſicut ⁊ pater veſter miſericors eſt. Beati namqꝫ miſericordes quoniam ipſi miſericordiam conſequātur. Iudiciū ergo ſine miſericordia fiet ei q̄ non fecot miſericordiā. quia miſericordia ſuperexaltat iudiciū. ergo dimittite et dimitteť vobis. Sic (inquit) orabitis. Dimitte nobis debita noſtra ſicut et nos dimittimus. d. n. Hic eſt ergo ſamaritanꝰ ille proximus noſter q̄ fecit nobiſcū miſericordiā ſuperinfundēs vinū et oleum noſtris vulneribus. Nam per viſcera miſericordie dei noſtri in quibꝰ viſitauit nos oriens ex alto: qui non ex opibꝰ miſericordie que fecimus nos: ſed ſcđm ſuam miſericor=

De mīa domini.
Mat. ix.



M.E.C.D. 2016

diā ſaluos nos fecit: pro peccatoribꝰ eñ venit vt de pecca

Mat.ix. toribꝰ veniā indulgeret. Mīam (iq̄t) volo ⁊ nō ſacrificiū.

De cyrothecis. Cap.xxix.

Cyrothece ſunt hedorū pellicule: quas manibꝰ iacob rebecca circūdedit vt piloſe manꝰ ſimilitudinē maioris exp̄meret. Pellis hedi ſimilitudo peccati quā rebecca mr̄.i. ſpſſcti gr̄a manibus.i. operibus xp̄i circundedit: vt ſimilitudinē prioꝛ id eſt ade exprimeret ſecundꝰ: xp̄s eñ ſimilitudineꝫ peccati ſine peccato ſuſcepit: vt incarnationis myſteriuꝫ diabolo celaretur. Nā ad ſimilitudinē peccatorū eſurijt/ ſitiuit/ doluit/ ⁊ expauit/ dormiuit/ ⁊ laborauit. Nā cū ieiunaſſet xl. diebus ⁊. xl. noctibꝰ poſtea eſurijſſet accedens ad eum tentatoꝛ diabolus/ eū ad ſimilitudinē prioris ade tentare p̄ſūpſit. Sꝫ qbꝰ primū vicerat: eiſdē modis victꝰ eſt a ſcdo.

Quare xp̄s ſilitudineꝫ pctī acceperit.

De caſula vel planeta vbi agitur de anteriori et poſteriori parte planete. Caplm.xxx.

Ad gala.3

Caſula vel planeta magni ſacerdotis eſt vniuerſalis eccl'ia: de qua dicit apl's. Quicūqꝫ ī xp̄o ieſu baptizati eſtꝭ xp̄m īduiſtis. Hoc eſt illō aarō veſtimētū/ cuiꝰ ī orā deſcēdit vnguentū: ſed a capite deſcēdit in barbā/ ⁊ a barba defluxit in oram/ qꝛ de plenitudine ſpūs eiꝰ oēs accepimus. Primū apoſtoli/ deinde ceteri. Qd aūt caſula vnica ſit et īegra extēſionē manuū ī anteriorē ⁊ poſteriorē p̄tē quodā mō diuidit/ deſignat ⁊ antiquā eccliam q̄ paſſionē xp̄i preceſſit/ ⁊ nouā q̄ paſſioneꝫ xp̄i ſubſeqt. Nā ⁊ q̄ p̄ibant ⁊ q̄ ſequebant clamabāt. Oſanna filio dauid/ bn̄dictꝰ q̄ ve. ⁊c.

De manipulo. Cap.xxxi.

Quod ſacerdos manipulū portat ī leua: deſignat qd xp̄s brauiū obtīebat ī via. Per manipulū eñ p̄miū deſignat. Juxta qd legit. Veniētes aūt veniēt cū ex. por. m. ſ. Per leuā vita p̄ns accipit. ſcdm qd ſcriptū ē. Leua eiꝰ ſub capite meo ⁊ dex. il. amp. m̄. Xp̄s aūt ſimꝉ ⁊ fruebat ⁊ merebat: fruebat ī p̄ria: merebat ī via: nō ſibi/ ſꝫ mēbris. Nō igr̄ ī quo plenitudo diuinitatꝭ hītabat ſpš eſt datꝰ ad mēſurā. Nā ſimꝉ ⁊ brauiū ꝯp̄hēdebat ⁊ ſtadiū p̄currebat: qꝛ ſimul erat ī p̄ria ⁊ ī via. Nemo (iq̄t) deſcēdit de celo: niſi filiꝰ hoīs q̄ ē in celo.

Xp̄s ſil' viatoꝛ erat et ꝯphēſoꝛ. Joan.iii.

De mitra. Cap.xxxij.

M.E.C.D. 2016

MItra pōtificis illud ſignificat qđ ꝓpheta loquēs de
filio dicit ad prēz Glīa ꝛ honore coronaſti eū do. ꝛc.
Hoc ē itaqȝ nomē qđ ē ſup oē nomē/ vt i noīe ip̄i⁹ oē genu
flectat̄ celeſtiū terreſtiū ꝛ īfernoꝝ. Nā ꝛ lamīa aurea pōti
ficalis Cydaris ſculptū erat nomē dn̄i tethragrāmatō: cu
ius miſteriū ſupi⁹ ꝓlibauim⁹. Mitrā ergo capitis xp̄i ſum
mā illā honorificētiā ītelligim⁹: q̄ ꝓpter diuinitatē debe-
bat̄ humanitati. Nā ꝓpt̄ pedes honorat̄ ſcabellū. adora-
te (iq̄t) ſcabellū pedū ei⁹ qm̄ ſctm̄ eſt. De virga. Ca. xxxiij Ps. xcviii.

VIrga paſtoris. ꝑtātā xp̄i ſignificat. de qua dicit pſal
miſta. Virga directiōis vga regni tui: qꝛ dilexiſti iu
ſticiā et odiſti iniq̄tatē. ꝓpt̄ qđ alibi dicit̄ Reges eos in Ps. xliiii.
vga ferrea. et tāq̄ va. fi. cō. eos. duricies ferri rigorē eq̄ta
tis ſignificat: qꝛ xp̄s tāq̄ vas figuli ꝑctōres cōfrigeret. ve
rum ꝑtās xp̄i nō ſolū eſt virga: ſed bacul⁹: qꝛ nō ſolū corri- Virga pō-
pit ſed ſuſtētat. vn̄ pſalmiſta. virga tua et bacul⁹ tuu⁹ ipſa tificis ꝛ ba
me cōſolata ſunt. ¶ De anulo. Cap. xxxiiij. culus.

ANul⁹ digiti. donū ſpūſſcti ſignificat. Digit⁹ eīm ar- Digit⁹ arti
ticlat⁹ atqȝ diſcret⁹ ſpm̄ſctm̄ inſinuat: ſecūdū illđ. di culat⁹ qđ denotat̄.
git⁹ dei ē hic. Et alibi. Si in digito dei eijcio demonia/ fi Anulus di
lij vr̄i in quo eijciūt. Anul⁹ aūt aure⁹ ꝛ rotūd⁹ ꝑfectionē giti.
donoꝝ ſignificat q̄ ſine mēſura xp̄s accepit: qꝛ in eo pleni-
tudo diuinitatis īhabitauit corporaliter. nā q̄ de ſurſū ve
nit ſup oēs eſt: cui de⁹ dedit ſpm̄ non ad mēſurā. Sup quē
(inq̄t) videtis ſpm̄ ſctm̄ deſcēdētē ꝛ manētē: hic ē q̄ bapti
zat. Nā reqeſcet ſup eū ſp̄s dn̄i/ ſp̄s ſapientie ꝛc. Ipſe vero Eſaie. xi.
de plenitudīe ſua ſcđm differētes donatiōes diſtribuit: a-
lijs ſcđ apl̄z dās ſpm̄ ſapie/ alijs ſpm̄ ſanitatū/ alijs opa- i. ad cor. xii
tionē vtutū ꝛc. Qđ ꝛ viſibilis pōtifex imitat̄/ Alios ī ec-
clīa cōſtituēs ſacerdotes/ alios diacōes/ alios ſubdiac. ꝛc.

De. v. pſalmis. dicēdis cū pōtifex ꝑparat̄. Cap. xxxv.

CElebratur⁹ ep̄s miſſaꝝ ſolēnia quoſdā ꝑos ꝛ orōnes
ꝑmitit ſcđm exhortationē pſalmiſte dicēt̄ Preoccu
pem⁹ faciē ei⁹ i. ꝯ. ꝛ i. pſ. iu. ei. Dicit aūt hos. v. q̄ dilecta.
Bn̄dixiſti. Inclina. Credidi. De ꝓfūdis. Ut q̄cq̄d imū-
dū trāſgreſſiōe. v. ſeſuū ꝯmiſit. v. ꝑoꝝ ordiatiōe deſ̄gat. q̄-
dam enim continētur in illis: que recte conueniunt cele-
braturis altaris miniſterium et euchariſtie ſacramentum



M.E.C.D. 2016

ps.lxxxij. In primo ↄcupiuit ⁊ defecit.a.m.in.a.d.⁊ altaria.t.d.v.
rex.m.⁊ de⁹ me⁹. Dñe deus virtutũ exaudi.o.m.a.p.d.ia=
cob. Protector noſter aſ.d.et.r.in.f.xp̃i tui. In ſcdo. Con=
ps.lxxxiiij uerte nos.d.ſ.n.⁊ auer.i.t.a no. Oſtẽde no.d.m.t.⁊ ſa.tuũ
da nobis. Verũtñ ꝓpe ti.e.ſ.i.vt in.g.i.t.nr̃a. In tertio.
ps.lxxxv. Aurib⁹ ꝑcipe.d.o.m.⁊ in.v.d.mee. Omnes gẽtes quaſ=
cũqȝ.f.v.et.a.c.t.d.⁊.g.n.t. Confitebor tibi de⁹ i toto cor
de meo:⁊ glorificabo nomen tuũ in eternum. In quarto.
Calicẽ ſalutaris accipiã:et nomen dñi iuocabo. Dirupiſti
ps.cxv. vincula.m.ti.ſ.h.l.⁊ no.d.iuo. Vota.m.d.r.in cõ.o.p.ei⁹
in.a.d.d.in.m.t.i. In quinto. Fiant.a.t.in.i vo.deꝑ.m.
Suſtinuit ani.m.in ver.e.ſ.a.m.in.d. Quia apud do.mi.
⁊ co.apud eũ redẽ. Oratiões vero quas addiſcit pertinẽt
ps.cxxix. manifeſte ad impetrandum cordis ⁊ corporis vel operis
mundiciam et munimentum.

¶ De pontificalibus indumentis ſcdm qd cõueniũt: vbi agitur de caligis et de ſandalijs: forma quoqȝ ſandaliorum exponitur. Capitulum.xxxvi.

Inter hec pedes põtificis in preparatiõe euã=
gelij pacis caligis ⁊ ſandalijs calciant̃. Quo=
rum pulchritudinem admirabat̃ Apl's: cũ di=
Ad Ro.x. ceret. Quã ſpecioſi pedes euangelizãtiũ pacẽ:
euãgelizãtiũ bona. Sandalia vero ſubtus hñt ſoleã inte=
gram. Deſup aũt coriũ feneſtrarũ: q: greſſus ꝑdicatoris ⁊
ſubt⁹ debent eſſe muniti ne polluant̃ terrenis. Scdm illd
dñicũ. Excutite puluerẽ de pedib⁹ vr̃is. Et ſurſum apti:
ps.xxxvi, quatin⁹ ad cognoſcẽdũ celeſtia reuelent̃. Scdm illud pro=
pheticũ. Reuela.d.v.t.ſ.in.e.⁊.i.f. Qd aũt ſandalia qui=
buſdã locis apta: qbuſdã ſunt clauſa: deſignat qd euãgeli=
cã ꝑdicatio: nec oib⁹ reuelari: nec oib⁹ debet abſcõdi. Si=
Luc.viij. cut ſcriptũ eſt. Vobis datũ eſt noſſe myſterium regni dei.
Et alibi. Nolite ſctm̃ dare canibus: nec margaritas por=
cis. Prius aũt caligis iduit̃ vſqȝ ꝓtenſis ad genua: ibiqȝ
conſtrictis: q: predicator pedib⁹ ſuis: rectos debet facere
greſſus: et genua debilia roborare. Nam qui fecerit ⁊ do=
cuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum.

¶ De ablutione manuum. Capitulum.xxxvij.

M.E.C.D. 2016

DEinde corporaliter lauat manus: vt ſpeciali-
ter mūdet ⁊ actus. Auctoritate pſalmiſte dicē
tis. Lauabo īter īnocētes manꝰ meas ⁊c. Nō Pſal.xxv.
enim lutū manuū diuia ſacramēta ꝯtaminat.
Sed ſi qs īdigne manducat ⁊ bibit: iudiciū ſi i.ad cor.x
bi mādicat et bibit: quia nō lotis manibꝰ mādicare non
coinqnat hoiem. Que vero ꝓcedūt de ore: de corde ꝓce-
dunt: ⁊ ea coinquināt hoiem/cogitatiões male/homici-
dia/adulteria/fornicationes/furta/falſa teſtimonia/blaſ-
phemie: hec ſunt q̄ coinquinant hoiem. Unde ſollicite ſa
tagēdum eſt: vt nō tā exteriora manuum ꝙ̄ interiora tātū
inquinamenta purgentur.

¶ De amictu vbi agitur de duabus naſtulis: quibꝰ ami-
ctus ante pectus ligatur. Capitulum.xxxviij.

LOtis itaqꝫ manibꝰ aſſumit amictū: qui ſuper
humeros circūquaqꝫ diffundit: ꝑ quē operum
fortitudo ſignatur: humeri quippe fortes ſunt
ad opa pagēda. Scđm illud patriarche Jacob Geñ.xlix.
Suppoſuit humerū ad portādū: et factus eſt tributis ſer-
uiēs. Duo naſtuli qbꝰ amictus ante pectus ligatᷣ ſignifi-
cāt intētionē ⁊ finem: quibꝰ informādū eſt opus ne fiat in
fermento malicie et nequitie: ſed in azimis ſinceritatis et
veritatis. Sacerdos ergo non debet ocioſus exiſtere: ſed
opibꝰ inſudare. Scđm qđ inq̄t apl's ad tymotheū. Labo-
ra ſicut bonus miles xp̄i ieſu.

¶ Quare romanus pontifex vel epiſcopus poſt albam
orale et crucem aſſumit. Capitulum.xxxix.

ROmanus autē pontifex: vel ep̄s poſt albam et
cingulū aſſumit orale: qđ circa caput īuoluit: ⁊
replicat circa humeros legalis pōtificis ordi-
nē ſequēs: qui poſt lineā ſtrictā ⁊ zonā īduebat
ephot.i.ſuphumerale: cuius locū modo tenet amictus: et
quia ſigno crucis auri lamina ceſſit: pro lamina quā pon-
tifex ille gerebat in fronte: pōtifex iſte crucē gerit in fron-
te/vel in pectore. Nam miniſteriū qđ in quattuor lr̄is au
ri lamina cōtinebat in quattuor partibꝰ crucis explicuit.
Juxta qđ inq̄t apl's. Ut poſſitis ꝯprehēdere cū oibꝰ ſctis: Ad eph.iij



M.E.C.D. 2016

q̄ ſit latitudo ꝛ lõgitudo: q̄ ſublimitas et ꝓfundū. Ideoqꝫ romanus pontifex crucē quādā inſertā cathenulis: ꝛ collo ſuſpenſam ſibi ſtatuit ante pectus: vt ſacramētū ꝙ tūc p̄ferebat in fronte: hic iā recondat in pectore. Nam corde creditur ad iuſticiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

¶ De alba et eius myſterio. Caplm. xl.

Alba mēbris corporis ꝯueniēter aptata: nichil ſuperfluū aut diſſolutū in vita ſacerdotis eſſe debere demõſtrat. Hec ob ſpeciē cādoris mundiciā ſignificat. Scdm qđ legitur. Omni tpe ſint veſtimēta tua cādida. Fit aūt de byſſo vel lino. Scdm qđ ſcriptū eſt Byſſinū iuſtificatiões ſctoꝝ. Sicut aūt byſſus vel linū candorē quā ex natura nõ habet multis tortionib⁹ attritū ꝑ artē acq̄rit: ſic ꝛ oīs caro īmūdiciā quā non obtinet ꝑ naturā multis macerationib⁹ caſtigata obtinet ꝑ gratiā. Unde ſacerdos ſcdm Aplm. Caſtiget corp⁹ ſuū ꝛ in ſeruitutē redicat: ne forte cum alijs p̄dicauerit ipſe reprob⁹ fiat. Hec veſtis in veteri ſacrificio ſtricta eſſe deſcribit ꝓpt ſpm̄ ſeruitutis i timore. In nouo larga ꝓpt ſpm̄ adoptiõis in libertatē. Qđ autem aurifrigū habet: ꝛ malogranata diuerſis in locis et varijs operibus ad decorē illud inſinuat. Qđ ꝓpheta dicit in pſalmo. Aſtitit regina a dextris tuis: in veſtitu deaurato circūdata varietate.

Eccles. ix.

Apo. xix.

Alba in veteri teſtō ſtricta: ꝛ in nouo cur larga.

¶ De zona et ſuccinctorio. Caplm. xlj.

Debet ergo alba zona ſuccigi circa lūbos: vt caſtitas ſacerdotis nullis incētiuoꝝ vitijs diſſoluat. Unde ſint lūbi veſtri p̄cincti: ꝛ lucerne ardētes in manib⁹ veſtris. In lūbis enim luxuria dn̄at. Sicut dn̄s loquēs de diabolo manifeſtat. Uirtus eī̄ in lūbis eius: ꝛ fortitudo illi⁹ in vmbilico ventris eius. Debēt ergo lūbi p̄cingi ꝑ ꝯtinētiā. Debent ſuccingi ꝑ abſtinētiā. Qm̄ hoc genus demonij nõ eijcit niſi i oratiõe et ieiunio. Hinc etiā Apls ait. State ſuccincti lūbos in veritate.

¶ De ſtola. Caplm. xlij.

Orarium.

Poſt hec ſtolā q̄ alio noīe vocat orariū ſup cõllū ſibi ſacerdos iponit: vt iugum dn̄i ſe ſuſcepiſſe ſignificet q̄ a collo ꝑ anteriora deſcendēs: dextrū ꝛ ſiniſtrū lat⁹ adornat:

M.E.C.D. 2016

qꝛ ꝑ arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris. i. ī ꝓſpis: ⁊ ī aduer
ſis oꝫ eē munit⁹. Stola q̃ppe ſignificat patiētiā. De qua Stola pa-
ſcriptū habet. Patiētia vobis neceſſaria eſt: vt reportetis tientia no
ꝓmiſſiões. et iteꝝ. In patiētia vr̄a poſſidebit aīas vr̄as tatur.
Hinc eſt ergo qḋ ſtola cū zona colligat: qꝛ ꝟtutes ꝟtutib⁹
aſſociant: ne aliquo tētatiōis īpulſu moueant. Debet aūt
ſacerdos ſcḋꝫ decretū brachanēſis ꝯcilij. c. xxiij. de eccl̄i.
de vno eodēq; orario ceruicē parit ⁊ vtrūq; humeꝝ p̄mēs
ſignū cruc ī ſuo pectore p̄pare. Si q̃s aūt aliter egerit ex-
cōicatiōi debite ſubiaceat: niſi forte q̃s dixerit hoc decre-
tū ꝑ cōtrariam romane eccleſie ꝯſuetudinem abrogatum.
Capl̄m. xliij.

¶ De tunica.

Deinde tunicā īduit pōtifex poderi. i. talarē ſignificā Tunica p-
tē pſeuerātiā. Uñ Joſeph int̄ f̄res ſuos tunicā tala- ſeuerātia
rē habuiſſe deſcribit. Cū em̄ cetere ꝟtutes currāt ī ſtadio ſignificat.
pſeuerātia t̄m accipit brauiū. Om̄ q̄ pſeuerauerit vſq; ī fi- Aduerte
nē ſalu⁹ erit. Uñ p̄cipit. Eſto fidelis vſq; ad mortē: ⁊ dabo diligēter.
tibi coronā vite. Habebat aūt hec veſtis ī vet̄i ſacerdotio Apoc. ii.
ꝑ fimbrijs mala punica cū tintinabulis aureis: quoꝝ ſu-
pra myſteriū expoſuim⁹. ¶ De dalmatica. ca. xliiij

Super tunicā eps̄ veſtit dalmaticā ſic dictam: eo qḋ Uñ dalma
ī dalmatia ſit repta: q̄ ſui forma ſignificat largitatē: qꝛ lar tica veſtis
gas hꝫ manicas ⁊ ꝓtēſas. Uñ ſcḋm apl̄z. Opꝫ epm̄ eē nō nomen ac-
turpis lucri cupidū ſꝫ hoſpitalē. Non ergo manū hēat ad cepit.
dādū collectā: ⁊ ad recipiendū porrectā: ſꝫ illud efficiat qḋ Ad titū. i.
ꝓpheta ſuadet. Frāge eſuriēti panē tuū: ⁊. e. v. ī in. do. ⁊c. Eſa. lviii.
Ob hoc ergo dyacōi ſpāl̄r vtunt dalmatic: qꝛ ſpāl̄r electi
ſūt ab apl̄is vt mēſis ex offō miſtrēt. Debꝫ aūt hr̄e duas li
neas dalmatica coccineas. Hinc inde ante ⁊ retro: a ſūmo
vſq; deorſū. Ut pōtifex hēat feruorē charitatis ad dn̄m ⁊
ad ꝓximū ⁊ ī ꝓſpis ⁊ ī aduerſis. Juxta vet̄is ⁊ noui teſt̄i p-
ceptū: qḋ ē. Diliges do. t. ex. t. c. t. ⁊ ꝓ. t. ſ. teip̄ꝫ. Uñ iohēs
k̄mi. nō mādatū nouū mādo vob: ſꝫ mādatū vet⁹ qḋ habui Joānis. ij.
ſtis ab īitio. Et iteꝝ mādatū nouū do vob: vt diligat īui ep̄la.
cē ⁊c. In ſiniſtro aūt latere dalmatica fimbrias ſolet hr̄e:
ſollicitudines actiue vite ſignificās: quas eps̄ ſolet hr̄e ꝓ
ſubdit. Juxta qḋ īqt apl̄s. Pret̄ illa q̄ extriſec⁹ ſūt īſtātia Ad cori. xi.
mea cotidiana ſollicitudo oīꝫ eccl̄aꝝ. De cyrothec. c. xlv

M.E.C.D. 2016

Quoniam vero pleriq; bonuz quod faciunt in
vani gloria corrumpunt: ſtatim eps manuz ope
rit cyrothecis/ vt neſciat ſiniſtra ſua qd faciat
dextera: per cyrothecã ergo candella congrue
deſignatur: que ſic facit opus in publico quod intentionẽ
continet in occulto. Nã et ſi dominus dixerit: luceat lux
noſtra coram hominibꝰ: vt videntes opa veſtra bona glo
Mat. I. rificent patrem veſtrum qui eſt in celis: propter quod cy=
rotheca circulum habet deſuper aureũ. Ipſe tñ precepit.
Attendite ne iuſticiam veſtram faciatis coram hominibꝰ
vt videamini ab eis. Alioquin mercedem nõ habebitis
apud patrem noſtrum qui in celis eſt.

¶ De planeta. Caplm. xlvj.

ij. ad Cor. xiij. POſtremo ſup omnes veſtes induit caſulam vel plane
tam que ſignificat charitatẽ. Charitas em̃ opit mul=
Charitas. titudinem pctõꝝ de qua ait apl's. Adhuc excellẽtiorẽ viã
vobis demõſtro. Si liguis hominũ loquar: ⁊ angelorum
charitatem aũt non habuero factus ſum velut es ſonans
aut cymbalum tiniens hec veſtis eſt nuptialis de qua do
minus in euangelio. Amice quomõ huc intraſti non ha=
bens veſtem nuptialem. Quod aũt amictus ſup os pla=
nete reſoluitur: Innuit quod opus bonũ debet ad chari=
tatem referri. Nam finis precepti charitas eſt: de corde
puro et in conſcientia bona et fide non ficta. Quod extẽ=
ſione manuũ in anteriorẽ et poſteriorẽ partem diuiditur.
Charita= Significat duo brachia charitatis ad dominum ſcꝫ et ad
tis duo bra proximũ. Diliges inquid dominũ deum tuuz et proxim̃.
chia. t. ſ. t. i. In his duobus mandatis tota lex pendet: et pro=
Mat. xxij. phete. Latitudo planete latitudinẽ ſignificat charitatis
Ps. cxviij. que vſq; ad inimicos extenditur. Unde latum mandatuz
tuum nimis.

¶ De manipulo. Caplm. xlvij.

VErum quia mentibus bene compoſitis ⁊ diui
no cultu mancipatis/ ſepe ſubrepit a cedia que
torpore quodam reddit animum dormientem
Ps. cxviij. Dicente propheta. Dormitauit aĩa mea pre te=
dio. In ſiniſtra manu quedam adponitur manipula/ que
manipulus vel ſudariũ appellat̃ qua ſudorẽ mẽtis abſter=

M.E.C.D. 2016

gat: ⁊ ſoporem cordis excutiat; vt pulſo tedio/vel corpore/bonis opibꝰ diligenter inuigilet. Per manipulū vero vigilātia deſignat. De qua dn̄s ait. Vigilate qꝛ neſcitis diē neqꝫ horā. Unde ſponſa in canticis. Ego dormio: et cor meum vigilat.

¶ De Mittra. Capitulum.xlviii.

Mittra pōtificis/ſciētiā vtriuſqꝫ teſtamēti ſignificat. Nam duo cornua/duo ſunt teſtamēta/due fimbrie/ſpūs ⁊ littera. Circulus aureus qui poſteriorē ⁊ anteriorē partē cōplectit indicat qd omnis ſcriba docui in regno celorum pro.de.t.ſ.n.et.v. Caueat ergo diligēter epiſcopus ne priꝰ velit eſſe magiſter ꝙ norit eſſe diſcipulus: ne ſi cecus cecum du.am.in fo.ca. Scriptum eſt in propheta Quia tu meā ſcientiā repuliſti; ego repellam/ne ſacerdotio fungaris michi.

Cornua mittre qd figurant. Quid fimbrie.

¶ De Anulo. Capitulum.xlix.

Anulus eſt fidei ſacramētū: quo chriſtus ſponſam ſuā ſanctā eccleſiā ſubarrauit vt ea de ſe dicere valeat. Anulo ſuo ſubarrauit me dn̄s ieſus xp̄s cuiꝰ cuſtodes ⁊ pedagogi ſunt p̄lati eccleſie ⁊ epi. Anulū ꝓ ſigno ferētes in teſtimoniū. De quibꝰ ſponſa dicit in canticis. Inuenerunt me vigiles q̄ cuſtodiunt ciuitatē. Hunc anulū dedit pater filio reuerēti. Scdm illud. Date anulum in manu eius ⁊c.

Anulꝰ ſpōſi.i.xp̄i ſacramētū ē. Canti.3. Luce.15.

¶ De Baculo vbi traditur quare Romanus pontifex paſtorali virga non vtitur. Capitulum.l.

Baculus correctionē ſignificat paſtoralē ꝓpter qd in ꝯſecratione dicit conſecrato. Accipe baculū paſtoralē ⁊c. De quo dicit Apl's. In virga veniā ad vos/qd autē acutus in fine/rectꝰ in medio/recuruus in ſummo. ſignificat qd pontifex debet pungere pigros/regere debiles/colligere vagos. q̄ vno carmine quidā verificator exp̄ſſit. Collige/ſuſtēta/ſtimula/vaga/morbida/lenta. Et alibi. Attrahe ꝑ primū: medio rege: punge per imū. Romanus aūt pōtifex paſtorali virga nō vtitur qꝛ beatus Petrus apoſtolus baculū ſuū miſit Euchario primo treuenorū epo quē vna cū va-

Baculꝰ pōtificis qd repſentat. Ad cor.4. Acuties: rectitudo: et recuruitas qd denotāt in baculo pōtificis. Romanus pōtifex cur virga non vtatur. Euchariū.



M.E.C.D. 2016

Eucharius poſt theuthonibus euangeliū predicat. Maternus baculo petri de morte ſuſcitatꝰ.

lerio et materno ad predicandum euangelium theutonice genti deſtinauit cui ſucceſſit in epiſcopatu. Maternus qui per baculum petri de morte fuerat ſuſcitatus: quē baculum cum magna vſqꝫ nunc veneratione treuenſis ſeruat eccleſia.

¶ De pallio vbi materia et forma ſcdm myſterium exponitur. Capitulum. lj.

Palliū qd figuret.

Pallium quo maiores vtuntur epiſcopi ſignificat diſciplinam qua ſeipſos ꝛ ſubditos archiepiſcopi debent regere. Per hanc acquiritur torquis aureus quē bene et legitime certātes accipiunt. De quo dicit Salomon in parabolis. Audi fili mi diſciplinam patris tui: et ne dimittas legem matris tue vt addatur gratia capiti tuo et torques collo tuo. Eſt enim palliū de candida lana cōtextū deſup habens circulum humeros cōſtringētē ꝛ duas lineas ab vtraqꝫ parte pēdētes quattuor cruces purpureas āte ꝛ retro a dextris et a ſiniſtris: ſed a ſiniſtris eſt duplex et a dextris ſimplex. Hec omnia ſunt imbuta myſterijs et diuinis grauida ſacramētis. Nam vt ſcriptura teſtat. In theſauris ſapiētie ſignificatio diſcipline. In lana qppe notat aſperitas: in candore benignitas deſignat. Nā eccleſiaſtica diſciplina ꝯtra rebelles et obſtinatos ſeueritatē exercet: ſed penitētibus et humilibus exhibet pietatem propter qđ de lana nō cuiuſlibet animalis: ſed ouis tm̄ efficitur qđ māſuetū animal eſt. Unde propheta. Sicut ouis ad occiſionē ducetur: et quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet et nō aperiet os ſuū. Hinc eſt qđ illius ſemiuiui vulneribꝰ quē ſamaritanus duxit in ſtabulum vinum adhibuit et oleū: vt per vinum vulnera medeantur: per oleum foueantur quatinus qui ſanādum vulneribus preeſt. In vino morſum ſeueritatis adhibeat: in oleo molliciem pietatis hec nimirum et per archam teſtamenti deſignatur. In qua cum tabulis virga continetur et māna: quoniam in men

Margin: Capite. j. (beside "cipiunt. De quo dicit Salomon in parabolis")
Margin: Eccleſi. j. (beside "cramētis")
Margin: Lana i pallio qd denotet: quid candor. (beside "ſignificatio diſcipline")
Margin: Eſaie. 53. (beside "animal eſt. Unde propheta")
Margin: Hec luc. 10 habētur. (beside "aperiet os ſuū")

M.E.C.D. 2016

te rectoris cum ſcripture ſcientia: debet eſſe virga correctionis vel diſcretionis: et manna dulcedinis ne ſeueritas immoderate non ſeuiat et pietas pluſq̃ expedit non indulgeat. Circulus pallij per quem humeri conſtringūtur eſt timor domini. Per quem opera cohercētur: ne vel ad illicita defluant / vel ad ſuperbiam ſuperflua relaxentur: quoniam diſciplina ſiniſtrā cohibet ab illicitis formidine pene: dexteram vero tēperat ab ſuperfluis amore iuſticie. Beatus ergo qui ſemper eſt pauidus. Nam ſcd̄m ſcientiam ſapientis timor domini expellit peccatum. Qui vero ſine timore exiſtit: iuſtificari non poteſt. Hinc eſt ergo qd̄ pallium et ante pectus et ſuper humerum frequenter aptatur. Quattuor autem cruces purpuree quattuor ſunt principales virtutes / iuſticia / fortitudo / prudentia / temperantia que niſi chriſti crucis ſanguine purpurentur falſum ſibi nomen virtutis vſurpant et ad veram beatitudinis gloriam non perducunt. Unde dominus inquit apoſtolis. Niſi abundauerit iuſticia veſtra pluſq̃ ſcribarum et phariſeorum: non intrabitis in regnum celorum. Hec eſt purpura regis diſtincta canalibus quā Salomon commemorat in canticis canticorum. Is ergo qui pallij gloria decoratur: ſi cupit eſſe ꝙ dicitur. In anteriori parte debet habere iuſticiam: vt reddat vnicuiq3 qd̄ ſuum eſt. In poſteriori prudētiam: vt caueat quod nociuum eſt. Fortitudinem a ſiniſtris: vt eū aduerſa non deprimant. Temperantiā a dextris: vt eum proſpera non extollant. Due linee quarum poſt dorſum vna progreditur: alia ante pectus actiuam ⁊ contemplatiuā vitā deſignāt. Quas ita debet exercere prelatus: vt exemplo moyſi nunc in montem aſcendat: et ibi philoſophetur cum domino nunc ad caſtra deſcendat: et in neceſſitatibus immineat populorum prouiſurus attentius: vt cum ſe dederit ſepe alijs. Interdum ſe ſibi reſtituat quatinus et cum martha circa frequens ſatagat miniſterium: et cum maria verbum domini audiat ſaluatoris. Utraq3 tñ aggrauat inferius: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam: et deprimit terrena inhabitatio

Circulus pallij.

Nā timor dn̄i ſanct⁹ permanet.

Quattuor cruces pallij quid figurent.

Math. 5.

Due linee due vite actiua ⁊ cōtēplatiua ſunt.

Martha.
Maria.

Sapie. 9.



M.E.C.D. 2016

multa cogitātē. Quapropter palliū duplex eſt in ſiniſtra ſed ſimplex eſt in dextera: quia vita p̄ſens que per ſiniſtra accipit̄ multis eſt ſubiecta moleſtijs: et vita futura que p̱ dexteram deſignat̄: in vna ſemp̱ eſt collocata quiete que veritas ipſa deſignauit cū intulit. Martha martha ſollicita es: ꝛ turbaris erga plurima. Porro vnum eſt neceſſariū. Maria optimā partem elegit que non auferet̄ ab ea. Palliū igit̄ duplex eſt in ſiniſtra: quatinꝰ ad tolerādas hu

Cur palliū duplex in ſiniſtra et ſimplex in dextra.

iuſmodi vite moleſtias p̄latus fortis exiſtat. Simplex in dextera: quatinꝰ ad obtinēdā vite future q̄etē toto ſuſpiret affectu. Juxta v̄bū pſalmiſte dicētis. Unā petij a dn̄o hanc req̄rā: vt inhabitē in domo dn̄i oībꝰ diebꝰ vite mee.

Tres acus pallij.

Tres aūt acus q̄ palleo īfingunt̄ ante pectꝰ ſup̱ humeꝝ: ꝛ poſt tergū/ deſignant cōpaſſionē ꝓximi/ adminiſtrationē officij/ diſtrictionē iudicij. Quarū prima pungit animū p̱ dolorē. Secūda p̱ laborē. Tertia p̱ terrorē. Prima pungebat ap̄lm cū dicebat. Quis infirmat̄ ꝛ ego non infirmor. quis ſcandalizatur et ego non vror. Secūda cū dicebat: preter illa que extrinſecus ſunt inſtantia mea quotidiana omniū eccleſiaꝝ. Super dextrū humerū nō īfingit̄ acus: qm̄ in eterna quiete nullus eſt afflictiōis aculeus: nullus ſtimulus cōpunctionis. Quoniā abſterget dn̄s omnē lachrymā ab oculis: et iā nō eſt amplius neq̧ clamor neq̧ dolor: qm̄ priora trāſierūt. Acus aūt eſt aurea ſed īferius acuta ꝛ ſup̱ius rotūda: lapidem continēs precioſum quia nimirū bonus paſtor ꝓpter curā ouiū in terris affligitur: ſed in celis eternaliter coronat̄. Ubi p̄cioſam illam mar-

Math. 13.

garitā habebit. De qua dn̄s in euāgelio. Simile eſt (inq̄t) regnū celoꝝ homini negociatori querenti bonas margaritas: inuēta aūt vna precioſa margarita: abijt et vēdidit oīa que habet ꝛ emit illā. Dicit̄ aūt palliū plenitudo pontificalis officij qm̄ in ipſo et cū ipſo cōfert̄ pōtificalis officij plenitudo. Nam anteq̧ metropolitanus pallio decoret̄ non debet clericos ordinare/ pōtifices conſecrare/ eccleſias dedicare.

¶ De Armatura virtutum: et quid ſignificant pontificis ornamenta. Capitulum. lij.

M.E.C.D. 2016

Iſta ſunt arma que pontifex debet induere contra ſpiritales nequitias pugnaturus. Nam vt ait apoſtolus. Arma militie noſtre non carnalia ſunt: ſed potentia deo ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes. De quibus idem apoſtolus in alia dicit epiſtola. Induite vos armaturam dei: vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate: et induti lorica iuſticie et calciati pedes in preparatione euãgelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei: in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: et galeam ſalutis aſſumite et gladium ſpiritus quod eſt verbum dei. Prouideat ergo diligenter epiſcopus et attendat ſtudioſe ſacerdos vt ſignũ ſine ſignato non ferat vt veſtem ſine virtute nõ portet ne ſimilis ſit ſepulchro deforis dealbato: intus autem omni pleno ſpurcitia. Quiſquis autẽ ſacris indumẽtis ornatur et honeſtis moribus non induitur: quãto venerabilior apparet hominibus tãto redditur indignior apud dominũ. Pontificalem itaque gloriam iam non honor cõmendat veſtiũ: ſed ſplendor animarum: quoniam et illa que quondam carnalibus inblandiebantur obtutibus: ea potius que in ipſis erãt intelligenda poſcebant: vt quicquid illa velamina in fulgore auri: in nitore geminarum: et multi operis varietate ſignificabãt: hoc iã in moribus actibuſque clareſcãt. Cum et apud veteres reuerentiam ipſa ſignificationum ſpecies obtinet: et apud nos certiora ſint experimẽta rerum quam enigmata ſignificarunt. Cum valles abundãt frumẽto. Cum arietes ouium ſunt induti. 2. ad Cor. 10. Ad ephe. 6

¶ De quattuor coloribus principalibus quibus ſecundum proprietates dierum ſacre veſtes ſunt diſtinguende. Ca. liii.

Quattuor autem ſunt principales colores quibus ſecundum proprietates dierum romana eccleſia ſacras veſtes diſtinguit / albus / rubeus / niger / et viridis. Nam et in legalibus indumẽtis quattuor colores fuiſſe legitur / byſſus / et purpura / hyacinthus / et coccus. Albis vtitur indumentis in ſolẽnitatibus confeſſorum et virginum. Rubeis in feſtiuita-



M.E.C.D. 2016

tibus martyrũ et apoſtolorum. Huic ſponſa dicit in can-
Canti.5. ticis. Dilectus meus candidus michi: et rubicundus ele
ctus ex milibus. Candidus in confeſſoribus et virgini-
bus. Rubicundus in apoſtolis et martyribus. Hij et illi
In qb⁹ feſtis albis veſtimentis vti deb3 eccleſia. ſunt flores roſarum ⁊ lilia conuallium. Albis ergo veſti-
mentis vtendum eſt in ſolẽnitatibus confeſſorum et vir-
ginum propter integritatem et innocentiam. Nam can-
didi facti ſunt nazarei eius: et ambulabant cum eo ſem-
Apoca.14. per in albis. Uirgines enim ſunt ⁊ ſequuntur agnũ quo-
cũq; ierit propter eandem cauſam vtendum eſt in ſolẽni-
tatib⁹ angelorum. De quorum dominus nitore loquitur
Job.38. ad luciferum. Ubi eras cum me laudarent aſtra matuti-
Joãnes baptiſta dñi precurſor. na: et iubilarentur omnes filij dei. In natiuitate ſaluato-
ris et eius precurſoris quoniam vterq; natus eſt immun
dus ⁊ carens originali peccato. Aſcendit enim dominus
ſuper nubem leuem .i. aſſumpſit carnem a peccatis imu-
nem: et intrauit egyptum .i. venit in mundum. Juxta qđ
Xp̃s ſctũs ⁊ ꝯcept⁹ ⁊ natus eſt. angelus venit ad virginem. Spiritusſanct⁹ ſuperueniet
in te: ⁊ virtus altiſſimi obũbrabit tibi: ideoq; ⁊ qđ naſce-
Joãnes baptiſta nat⁹ qdẽ ſanct⁹ eſt: cõcept⁹ aũt imũd⁹. tur ex te ſanctum: vocabitur filius dei. Johannes autem
et ſi fuerit conceptus in peccato: fuit tamen ſanctifica-
tus in vtero. Scđm illud propheticum. Anteq; exires de
vulua ſanctificaui te. Nam et angelus venit ad zacha-
Hiere.1. riam. Spiritusſanctus replebitur adhuc ex vtero matris
ſue. In epyphania propter ſplendorem ſtelle que magos
Eſaie.6. adduxit. Scđm illud propheticum. Ambulabunt gen-
tes in lumine tuo: et reges in ſplendore ortus tui. In epa
panti propter puritatem marie. que iuxta canticum Sy-
meonis. Obtulit lumen ad reuelationem gentium: ⁊ glo
riam plebis tue iſrael. In cena domini propter conſecra-
tionem criſmatis q; ad mundationem conſecratur. Nam
et euangelica lectio. Mundiciam principaliter in illa ſo-
Joãnis.13. lẽnitate cõmendat. Qui lotus eſt (inquit) non indiget niſi
vt pedes lauet: ſed eſt mundus totus. Et iterum. Niſi la-
uero te non habebis partem mecum. In reſurrectione
propter angelum teſtẽ reſurrectionis: ⁊ nuncium qui ap-
paruit ſtola candida coopertus. De qua dicit Matheus.

M.E.C.D. 2016

Quia erat aſpectus eius ſicut fulgur:et veſtimenta eius Math.28.
ſicut nix. In aſcenſione propter lucidam nubem in qua
xp̄s aſcendit. Nā ꝛ duo viri aſtiterūt iuxta illos in veſtib⁹
albis:qui et dixerūt ꝛc. Illud autē nō ocioſe notandū:q̄d Notate.
licet in ꝯſecratione pōtificis talib⁹ ſit veſtimētis vtendū
qualia ſcd̄m diei ꝓprietatē ꝯueniūt. In dedicatiōe tñ ec-
cleſie ſemꝑ vtēdum eſt albis quocūq; die celebretur con-
ſecratio: quoniam in conſecratione pontificis cantatur
miſſa de die:ſed in dedicatione baſilice dedicationis miſ-
ſa celebratur. Nam et eccleſia virgineo nomine nuncu-
patur. Scd̄m illud apoſtoli. Deſpondi enim vos vni vi- 2.ad cor.11
ro:virginem caſtam exhibere chriſto. De qua ſponſus di-
cit in canticis. Tota pulchra es amica mea:et macula nō
eſt in te. Ueni de libano ſponſa mea:veni de libano:veni
coronaberis. Rubeis autem vtendum eſt veſtimentis.
In ſolēnitatibus apoſtoloꝝ ꝛ martyrum propter ſangui- In q̄b⁹ fe-
nem paſſionis quem pro chriſto fuderunt. Nam hi ſunt q̄ ſtis rubeis
venerūt de tribulatione magna:et lauerūt ſtolas ſuas et ornamētis
dealbauerūt eas in ſanguine agni. In feſto crucis in qua vtiť eccl'ia Apoca.7.
chriſtus pro nobis ſanguinem ſuum fudit. Unde prophe Eſaie.63.
ta. Quare ergo rubrum indumentum tuum:et veſtimen-
ta tua ſicut calcātiū in torculari. Sed in feſto crucis meli⁹
eſt albis vtēdū:q: nō paſſionis ſed inuētionis vel exalta-
tionis eſt feſtū. In pēthecoſte ꝓpter ſpūs ſcti feruorē qui
ſupꝑ apl'os in igneis linguis apparuit. Nam apparuerūt
illis diſpartite lingue tanꝗ ignis:ſeditq; ſupra ſingulos
eoꝝ. Unde ꝓpheta. De excelſo miſit ignē in oſſib⁹ meis. Trenoꝝ.1.
Licet aūt in aploꝝ petri ꝛ pauli martyrio ſit vtēdū. In cō
uerſione tñ ꝛ in cathedra vtēdū eſt albis:ſicut licet in na-
talitio ſcti Joannis vtēdū ſit albis. In decollatione tñ il
li⁹ vtēdū eſt rubeis. Cum aūt illi⁹ feſtiuitas celebrať q̄ ſi
mul eſt ꝛ martyr: ꝛ virgo martyriū virginitati preferť:q:
ſignum eſt perfectiſſime charitatis. Juxta ꝙ veritas ait.
Maiorē hac dilectionē nemo habet ꝙ̄ vt aīam ſuā ponat Martyriū virginita-
q̄s ꝓ amicis ſuis. Quapropter ꝛ in oīm cōmemoratione te excellen-
ſctoꝝ quidē rubeis vtunť indumētis:alij vero cādidis. tius.
Cum non tm̄ in eadē ſed de eadē ſolēnitate dicat eccleſia Job.15.



M.E.C.D. 2016

Apoca.7. ꝙ ſancti ſcd̃m apocalipſim ioannis. Stant amicti ſtolis
Qñ nigris albis: ⁊ palme in manibus eorum. Nigris autem in die-
vtēdū indu bus afflictionis et abſtinentie pro peccatis et pro defun-
mentis. ctis ab aduentu/ſcilicet vſq; ad natalis vigiliam: et a ſe-
ptuageſima vſq; ad ſabbatum paſche. Sponſa quippe in
Canti.1. canticis dicit. Nigra ſum/ſed formoſa filie hieruſalem ſi-
cut tabernacula cedar ſicut pelles ſalomonis. Nolite me
conſiderare qđ fuſca ſim: quia decolorauit me ſol. In inno
centum autem feſto quidam nigris alij rubeis indumen-
Hiere.3.et tis vtēdum eſſe contendunt: illi per triſticiam. Quia vox
Math.2. in rama audita eſt: ploratus ⁊ vlulatus multus rachel plo
rans filios ſuos. Nam propter eandem cauſam cantica
leticie ſubticentur: et ſine aurifrigio mittra defertur. Illi
propter martyrium qđ principaliter cōmemorans ait ec-
cleſia. Sub throno dei omnes ſcti clamant. Uindica ſan-
guinem noſtrum qui effuſus eſt deus noſter. propter triſti-
ciā: ergo quā ſilētiū innuit canticorum. mittra que defer-
tur non eſt aurifrigio inſignita: ſed propter martyrium ru
beis eſt indumentis vtendum. Sicut in letare hieruſalem
propter leticiā quā aurea roſa ſignificat. Romanꝰ enim
pontifex portat mittram aurifrigio inſignitam: ſed pro-
pter abſtinentiam viridibus vtitur indumentis. Reſtat
ergo vt in diebus ferialibus et communibus viridibus
ſit indumentis vtendum: quia viridis color medius eſt
inter albedinem et nigredinem et ruborem. Hic enim co
Canti.4. lor exprimitur cum dicitur. Cypri cum nardo nardus et
croccus. Ad hos quattuor ceteri referuntur/ad rubeum
colorem coccineus/ad nigrum violaceus/ad viridē cro-
ceus. Quāq; nōnulli roſas ad martyres/croceum ad con
feſſores/lilium ad virgines referant.

¶ Explicit liber primus.

M.E.C.D. 2016

Incipit liber ſecundus De acceſſu pontificis ad altare vbi agitur de preſbytero et dyacono qui ducunt hinc et inde pontificem et ſubdyacono qui precedit. clauſum portans codicem euangelij: et de pontifice qui cum peruenit ad altare codicē oſculatur apertū. Capitulum primū

His indumētis ornatus epiſcopus ad
altare procedit duob9 hinc et inde du
centibus eum ſacerdote videlicet: et
leuita: ſubdyacono precedente: q̄ clau
ſum portat euangelij codicem donec
epiſcopus ad altare perueniat: ibiq3
codicē oſculatur apertum: hec omnia
diuinis plena ſunt ſacramentis. Epi
ſcopus enim illum in ſe pontificem repreſentat. De quo Ad Heb.9
dicit apoſtolus. Chriſtus autem aſſiſtēs pontifex futuro
rum bonorum peramplius et perfectius tabernaculum
non manufactum. i. non huius creationis. Sacerdos τ le
uita ſignificant legem et prophetiam. Scdm illud qđ do
minus propoſuit in parabola ſauciati. Quia ſacerdos de Luce.10.
ſcendit eadem via et viſo illo preterijt. Similiter et leui
ta. Moyſes enim et helyas in figura legis et prophetie
apparuerunt in monte cum chriſto loquentes. Sacerdos
igitur et leuita deducunt epiſcopum: quia lex et prophe
te chriſtum annunciauerunt et promiſerunt. Moyſes em̄ Deut.18.et
(inquit) in lege prophetam ſuſcitabit dominus de fratri Actu.7.
bus noſtris ipſum tāq̄ me audietis. Et Eſaias. Ecce ve
niet propheta magnus: et ipſe renouabit hieruſalē. Sub
dyaconus qui precedit: ioānem baptiſtam ſignificat qui
preceſſit in ſpiritu τ virtute helye parare domino plebem
perfectam. Hic ante pontificem portat codicem euange
lij: quia ioannes ante chriſtum predicationem euange
licam inchoauit. Penitentiam (inquit) agite: appropin Math.4.
quabit enim regnū celorum. Quod autē liber clauſus te
netur donec pontifex ad altare perueniat et tunc aperi
tur: illud inſinuat qđ in apocalipſi deſcribitur. Quoniam Apoca.5.
nemo dignus inuētus eſt aperire librum qui ſcriptus eſt

M.E.C.D. 2016

intus et foris ſignatus ſigillis ſeptem: niſi leo de tribu iu
da. Radix dauid qui librum aperuit: ⁊ ſeptem eius ſigna
*Quid p al tare ſignificetur.* cula ſoluit. Per altare ſignificat̃ eccleſia. Iuxta qđ domi
nus ait in Exo. Si altare lapideū facietis michi: niſi edi
ficabitis illud de ſectis lapidibus. Qui ſectionem prohi
*Exodi.20.* bet in altari: diuiſionem fidelium prohibet in eccleſia ne
videlicet diuidatur per errores et ſciſmata. Tunc ergo li
ber aperitur cū epiſcopus peruenit ad altare: quoniā chri
ſtus primitiuam apoſtolorum congregauit eccleſiam do
cens et predicans ſcripture myſteria in parabolis reuela
uit. Vobis (inquit) datum eſt noſſe myſterium regni dei:
*Luce.8.* ceteris autem in parabolis. Unde poſt reſurrectionē ape
ruit illis ſenſus vt intelligerent ſcripturas. Melius igit̃
facit epiſcopus cum ipſemet librum aperit euangelicum:
quatinus ⁊ p̄ miniſtros chriſtus patefecerit myſteria ſcri
*Cur ſacerdos librū euangelij oſculetur.* pturarum. Qđ epiſcopus codicem euangelicum oſculet̃
inſinuat qđ chriſtus pacem in euangelio predicauit. Pa
cem meam (inquit) do vobis: pacem relinquo vobis: non
quomodo mundus dat ego do vobis.

¶ De proceſſione Romani pontificis a ſecretario ad al
tare vbi agitur de ſex ordinibus perſonarum. Caplm. ij.

Cum autem ſtationalis ſolēnitas celebrat̃ Ro
manus pontifex cum ſex prefatis ordinibus a
ſecretario proceſſionaliter ad altare progredi
tur deſignans qđ chriſtus exiuit a patre et ve
nit in mūdum. Hic enim proceſſionis ordo ge
*Math.1.* nerationis chriſti ſeriē repreſentat: quā Matheus euāge
*Xp̄s a ſex pſōa₰ gradib⁹ origi nē traxit.* liſta deſcribit. In qua ſex inueniunt̃ ordines perſonarū: a
quibus ſcđm carnem traxit originem et proceſſit in mun
dum. Reges / principes / paſtores / et duces / patriarche et
prophete. Abrahā patriarcha. Dauid p̄pheta. Salomon
rex. Samon princeps. Iudas paſtor. Zorobabel dux.

¶ De duob⁹ diaconib⁹ qui ducūt pontificē. Caplm. iij.

*Abrahā et dauid xp̄i icarnatio p̄miſſa eſt.* Duo diaconi qui ducūt pontificem deſignant
Abraham et Dauid quib⁹ incarnationis chri
ſti facta eſt repromiſſio: nam illi promiſſum eſt
In ſemine tuo benedicentur omnes gentes:

M.E.C.D. 2016

hinc vero pollicitum de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Propter qđ euãgeliſta hos duos ſignificãs in generatione chriſti premiſit. Liber inquit generationis ieſu chriſti filij dauid: filij abraham. Iſti ſunt due columne quas verus pacificus in veſtibulo tẽpli poſuit ante hoſtium quas ambit funiculus.xij.cubitorum.i.quas fides.xij.amplectitur apoſtolorum: de quorũ medio chriſtus hoſtium credentibus aperitur.

Math.i.

¶ De mapula quattuor baculis alligata que ſuper pontificem portatur extenſa. Capitulum.iiij.

Quattuor autem miniſtri ſupra pontificem mapulam ferunt quattuor baculis alligatam propter qđ ipſi miniſtri mapularij nuncupãtur. Mapula que diuerſis eſt imaginibus figurata ſcripturam ſacrã ſignificat que multis eſt myſterijs in figura iſignita: hec quattuor baculis portatur ſuper pontificem extenſa: quia ſacra ſcriptura quattuor modis ſuper chriſtum fuit expoſita. Scđm hiſtoriam/ſcđm allegoriam/ſcđm anagogiam/ſcđm tropologiam. Hic eſt fluuius paradiſi qui in quattuor capita diuiſus progreditur: hic eſt menſa propoſitionis que quattuor pedibus eleuata ſubſiſtit. Hec ergo ſuper pontificem extẽſa portatur: vt ille veniſſe monſtretur quẽ lex ſcripſerat et ꝓphete. Nam ipſemet chriſtus incipiens a moyſe et ꝓphetis. Interpretabatur in omnibus ſcripturis que de ipſo erant propter ꝙ alibi dixit. Si crediderits moyſi crederetis et michi: de me enim ille ſcripſit.

Miniſtri mapularij

Quattuor ſenſus ſcripture.

Luce.24.

¶ De cereis et incenſo. Capitulũ.v.

Et ideo preferuntur duo luminaria cũ incenſo: quia lex et prophete cum pſalmis chriſti annunciauerunt aduentum: chriſto atteſtante qui ait. Neceſſe eſt impleri omnia que ſcripta ſunt

Luce.24.

M.E.C.D. 2016

Luce.24. in lege et prophetis et pſalmis de me. In maioribus au-
tem feſtiuitatibus ſeptem cādelabra coram pontifice de-
feruntur propter qđ illud oſtenditur qđ ioannes in apo-
Apocal.1. calipſi deſcribit. Conuerſus (inquit) vidi ſeptem candela-
bra aurea: et in medio ſeptem candelabrorum aureorum
ſimile filio hominis veſtitum podere: vt ille per hoc adue
niſſe monſtretur ſuper quem requieſcit ſpiritus gratie ſe-
Eſaie.11. ptiformis. Scđm vaticiniū Eſaie prophete. Egredietur
(inquit) virga de radice ieſſe: et flos de radice eius aſcen-
det et requieſcet ſuper eum ſpiritus domini.

¶ De igne q̄ manipulo ſtupe pontifex apponit in choro.
Capitulum. vj.

IN quibuſdam baſilicis circa mediū chori ma
nipulus ſtupe ſuper colūnam appenditur: cui
epiſcopus apponit ignem vt in conſpectu po-
puli ſubito comburatur. Per hoc ſecūdū aduē
tum commemorans in quo chriſtus iudicabit viuos et
mortuos et ſeculum per ignem. Nam ignis exardebit in
conſpectu eius: et in circuitu eius tempeſtas valida. Ne
quis ergo male ſecurus exiſtat qui per primum blandi-
tur per ſecundum terret: quia qui iudicādus venit in pri-
mo iudicaturus veniet in ſecūdo. Vel potius quia ſcđm
Jacobi.4. apoſtolum iacobum. Vita veſtra vapor eſt ad modicum
parens. Pontifex ignem ponit in ſtupa: ne forte qui glo-
rioſus incedit in tēporali gloria delectetur. Nam omnis
caro fenum: et omnis gloria eius quaſi flos agri.

¶ De primicerio qui pontificis precedētis dextrum hu-
merum oſculatur. Capitulum. vij.

CUm iam pōtifex appropinquat alta-
ri primicerius ſchole cantorum acce-
dens dextrum ipſius humerū coram
aſtantibus oſculatur: quia cum chri-
ſtus naſceretur in mundo angelus il-
le cū quo facta eſt celeſtis militie mul
titudo laudantium dominū illum pa-
ſtoribus patefecit. De quo dicit pro-
pheta. Puer natus eſt nobis: et filius datus eſt nobis.

M.E.C.D. 2016

¶ De tribus ſacerdotibus qui coram altari os et pectus pontificis oſculantur. Capitulum. viij.

TRes ſacerdotes qui pontifici venienti coram altari reuerenter occurrunt: ⁊ inclinantes os eius oſculant ⁊ pectus. Tres illos magos ſignificāt qui venerunt hieroſolymā dicentes. Ubi eſt qui natus eſt rex iudeorū. Ac procidētes adorauerunt inuentū: et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera/aurum/thus/et myrrhā. Per geminū oſculū geminā in xpo ꝓfitentur naturā diuinā. ſ. ⁊ humanā: diuinā quaſi latentē in pectore: humanā quaſi patentē in ore. quas per oblata quoqꝫ munera magi myſtice figurarunt. Oſculum ſignum eſt reuerētie. Juxta qđ Heſter ſummitatem virge regis legitur adoraſſe. De tribus magis.

¶ De diſpoſitione proceſſionis ⁊ ordine. Capitulum. ix.

DIſponitur aūt iſta ꝓceſſio velut caſtrorū acies ordinata. Nam maiores et fortiores quaſi cuſtodes exercitus preueniunt ⁊ ſequuntur: minores vero quaſi debiles in mediū colligunt. Precedunt enim epiſcopi et preſbyteri. Subſequuntur pontifices et dyaconi. Colliguntur in medio ſubdyaconi/et acoliti. Cantores aūt quaſi tibicines p̄cedūt epiſcopum: vt ad prelium contra demones incitent et inuitēt. De quo prelio dicit apoſtolus. Non eſt vobis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinem ⁊c. in celeſtibꝰ. Ad ephe. 6 Unde bucinate in neomenia tuba. Crux vero qđ regale ſignum premittitur et prefert. Unde fugiāt a facie eius qui ode. eū. Nobis autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri ieſu chriſti ꝑ quā nobis mūdus crucifixus: et nos debemus mundo crucifigi.

¶ De confeſſione vbi agitur de pectoris tunſione in qua tria notantur/ictus/ſonus/et tactus. Capitulum. x.

QUia vero iuſtus in principio ſui ſermonis accuſator eſt ſui. Pontifex ad altare perueniens: ⁊ ad ſeipſum reuertens anteqꝫ ſacrum ordinetur officium de peccatis ſuis coram aſtantibus confitetur pſalmū illū premittēs. Judica me deus: vt ab homine liberatus iniquo: ad altare dei dignus introeat. Illud

M.E.C.D. 2016

autem in hac confeſſione notãdum eſt ꝙ non: vt quidam minus prouide faciunt in ſpecie: ſed in genere ſunt cõfitẽda peccata: qm̃ iſta confeſſio non eſt occulta ſed manife-

Cur ĩ ꝯfeſſione pectora ꝑcutim⁹ Luce. 18.

ſta. Percutimus autem pectus cum confitemur peccata: quatinus exemplo publicani qui percutiebat pectus dicẽs. De⁹ ꝓpici⁹ eſto michi pctõri. Juſtificati deſcẽdam⁹ in domũ. In tũſione pectoris tria ſunt: ictus/ſonus/et ta-

Tria que ſignificãtur in pectoris ꝯtuſione.

ctus. Per q̃ ſignificãtur illa tria que ſunt in penitẽtia neceſſaria: videlꝫ cordis ꝯtritio/oris ꝯfeſſio/et opis ſatiſfactio. Nã ſicut trib⁹ modis peccam⁹/corde cogitãdo/ore loquẽdo/⁊ ope ꝑpetrãdo. In tribus modis penitere debemus/corde ꝑ dolorẽ/ore ꝑ pudorẽ/et opere ꝑ laborem.

¶ De incenſo qđ ſacerdos repñtat in capſula: et epiſcopus apponit in thuribulo. Capitulum. xi.

Cur pontifex icẽſum ponit thuribulo ad altare. Apoca. 8.

Ingreſſurus pontifex ad altare: incẽſum apponit thuribulo. Per hoc illud inſinuans qđ angelus ſtetit: venit ante altare habens thuribulum aureũ qđ impleuit de igne altaris: et data ſunt ei incenſa multa: vt daret de orationibus ſanctorum. Angelus enim chriſtus eſt thuribulũ aureum: corpus immaculatum/ altare eccleſia/ignis charitas/ incenſum oratio. Scdm̃ illud propheticum. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum: in conſpectu tuo ⁊c. Venit ergo angelus. i. chriſtus: et ſtetit ante altare. i. in conſpectu eccleſie: habẽs thuribulum aureum. i. corpus immaculatũ: plenum igne. i. charitate: et data ſunt ei a fidelibus incenſa. i. oratiões: vt daret. i. preſentaret eas patri: de orationibus non dicit orationes/quia xp̄s nõ oẽs orationes exaudit: ſed de omnibus illis que pertinent ad ſalutem. Unde cum dominus rogaretur a paulo: vt ab eo ſtimu-

2. ad Cor. 12.

lum carnis auferret. Reſpõdit ei dominus. Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Epiſcopus ergo thus apponit thuribulo: quia chriſtus oratiões inſpirat animo: vt per ipſum offeratur incenſum dignum in odorem ſuauitatis. Ipſe nos preuenit in benedictiõe dulcedinis: vt eius donum ſit noſtrum meritũ/quia non accipit niſi qui tribuit ſine me inquit nichil poteſtis face

M.E.C.D. 2016

re: quia palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo niſi
mãſerit in vite. Sacerdos aũt incenſum repreſentat ep̃o:
quia lex illud p̃cioſum thymiama confecit: qđ in odorem
ſuauitatis offert̃ altiſſimo. De quo dñs inquit in Exodo.
Talẽ cõpoſitionẽ nõ facietis inuſus veſtros/quia ſanctũ Exodi.3.
eſt dño. Homo quicũqꝫ fecerit ſimile vt odore illiꝰ ꝑfruat̃
ꝑibit de pplĩs ſuis. Fuerũt q̃ dicerẽt qđ ſi deſcẽdat thuri
bulũ ab altari: tũc aliud ibi thus ſine bñdictiõe ponendũ
eſt: et hoibꝰ offerẽdũ tãq̃ illud ſpectet ad latriam. Hoc ad
duliã. Melius tñ ſcđm ſpm̃ q̃ ſcđm litteram ĩtelligitur.
Nam littera occidit: ſpiritus autem viuificat.

❡ De triplici oſculo: ſcʒ altaris/oris/et pectoris. Ca.xij.

Tunc accedẽs ep̃s ſanctũ altare oſculat̃ ſignifi-
cãs qđ xp̃s adueniẽs ſanctã ſibi copulauit ec-
cleſiã. Scđm illud epythalamicũ. Oſculet̃ me Canti.1.
oſculo oris ſui. In oſculo ſiquidẽ os ori cõiun-
git̃: ⁊ in xp̃o nõ ſolũ humanitas eſt vnita diuinitati. Ue-
rũ etiã ſponſa ſponſo eſt copulata. Scđm illud ꝓpheticũ. Eſaie.91.
Quaſi ſponſum decorauit me corona: ⁊ quaſi ſponſam or
natã monilibꝰ ſuis. Unde Johãnes. Qui habet ſpõſam Joh.3.
ſpõſus eſt. Nam in ſole poſuit tabernaculũ ſuũ: ⁊ ip̃e tãq̃
ſpõſus ꝓcedẽs de thalamo ſuo. Deinde ꝯuerſus ep̃s oſcu
lat̃ dyaconos: vt oſtendat pacẽ illã in aduẽtu xp̃i veniſſe
quã ꝓphete ꝓmiſerant in xp̃i aduẽtu. Uñ Dauid. Oriet̃ Pſal.71.
in diebꝰ eiꝰ iuſticia: ⁊ abũdantia pacis donec auferat̃ lu-
na. Et aliꝰ item ꝓpheta. Pax erit in terra nr̃a cũ venerit.
Et ideo xp̃o naſcẽte ĩſonuit vox angeloꝝ. Gloria in excel
ſis deo: ⁊ in terra pax hoibꝰ bone voluntatis. Oſculũ eñ
q̃nqꝫ pacẽ ſignificat. Juxta qđ dicit apl̃s. Salutate vos 1. ad Cor.
ĩuicẽ in oſculo ſctõ. Deꝰ aũt pacis ſit cũ oibꝰ vobis. Amẽ. 16.
Dyaconꝰ vero ſtatim inclinãs oſculat̃ pectꝰ ep̃i deſignãs Cur dyaco
qđ ĩſpiratiõe diuia ꝓphete pacẽ p̃dixere futurã. Nã ⁊ ioã nus oſcule-
nes ſupra pectus dñi recũbẽs euãgelij fluenta de ipſo ſa- tur pectus
cro dñici pectore fonte potauit. epiſcopi.

❡ De thurificatione qua põtifex ĩcẽſat altare ⁊ ſacerdos ep̃m vbi agit̃ de thuribulo qđ ſacerdos accepit a dyacono: ⁊ de forma thuribuli: de duplici cã thurificandi/ſpũali/et litterali. Capitulũ.xiij.

M.E.C.D. 2016

Epiſcopus vero thuribulū accipiēs a dyacono incen
ſat altare ſacrum: ſignificanſqꝫ chꝛiſtus corpus aſſu-
mens de genere ꝓphetarum: factus ex ſemīe dauid ſcōm
carnē: ſuis oꝛationibus fouet eccleſiā: ſcōm ꝙ oꝛat in euā-
Job. 17. gelio. Pater ſancte ꝓ eis rogo: ⁊ nō ꝓ eis tm̄: ſed pro his
Quare dyaconꝰ incenſat epm̄. qui credituri ſunt per verbū illoꝝ. Quod autē dyaconus
thuribulū arripit vt incenſet epm̄: moꝛaliter inſtruit qđ ſi
digne volumus incenſum oꝛationis offerre: thuribulum
incarnationis tenere debemus. Nam ſine fide mediato-
ris homines deo placere non poſſunt: ſed iuxta verbum
Mat. 21. ꝓmiſſionis ipſius. Omnia quecūqꝫ petieritis in oꝛatio-
Thuribulū qđ repñtet ne credētes/accipietis. Per thuribulū enim verbū incar
natū accipit. Nam ſicut in thuribulo pars inferioꝛ et ſu-
perioꝛ tribus cathenulis minuitur: ita tres in chꝛiſto ſunt
Thuribuli tres cathenule qđ figurent. vniones quibꝰ diuinitas ⁊ humanitas cōiūgūtur. Unio
carnis ad animā: vnio diuinitatis ad carnem: ⁊ vnio di-
uinitatis ad animā. Quidā aūt quartā vnionē aſſignāt:
videlꝫ diuinitatis ad cōpoſitionē ex anima ſimul ⁊ carne
Nam etiā quedā thuribula habēt quattuoꝛ cathenulas.
Nume. 16. De hoc thuribulo ſpecialiter moyſes ait ad aaron. Tolle
thuribulū ⁊ hauſto igne de altari mitte icēſum deſuper.
Cur altare incenſat. Preter myſticā rationē ob hoc incēſatur altare: quatinus
ab eo omnis demonis nequitia pꝛopellatur. Fumus em̄
Incenſi fumo demones fugāt. incenſi valere dicit ad demones fugādos. Unde cū tho-
bias interrogaſſet angelū qđ remediū haberēt ea que de
Thobie. 6. piſce iuſſerat reſeruari reſpondit. Coꝛdis eius particulā
ſi ſuper carbones ponas: fumus eius omne genus demo-
niorum extirpat.

¶ De antiphona que dicitur ad introitum miſſe vbi agi-
tur cur ipſa repetitur: et interpoſita gloꝛia trinitatis: ⁊ qs
eam decantari conſtituit. Capitulum. xiiij.

Nterea choꝛus concinit antiphonā ad introitū
quā repetit interpoſita gloꝛia trinitatis. Poꝛro
ſicut introitus ſacerdotis aduentū chꝛiſti ſigni-
ficat ſic et antiphona que dicitur ad introitum
deſiderium aduentus eius inſinuat. De quo dn̄s ait apo-
Luce. 10. ſtolis. Multi reges et pꝛophete voluerūt videre que vos

M.E.C.D. 2016

videtis ⁊ nō viderūt: ⁊ audire que audiſtis ⁊ nō audierūt. Chorus vero delectat aīam ſuā: ⁊ in iubilo cantat itroitū qm̄ ꝓphete/patriarche/reges/et ſacerdotes/omneſqȝ fideles aduētū xp̄i cū magno deſiderio expectabāt: clamātes et implorantes. Emitte agnū domine dominatorem terre de petra deſerti ad montem filie ſyon. Ueni domine et noli tardare relaxa facinora plebis tue iſrael. Huic ergo ſymeon ille iuſtus et ſenex benedixit et dixit. Nunc dimittis ſeruū tuū domine ſcđm verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuū. Ex eoꝝ ergo perſona introitus cantatur: per quos xp̄s introiuit in mundū. Juxta qđ inquit ap̄ſ. Et cū iterū itroducit vnigenitū in orbē terre dicit: et adorent eū oēs angeli dei. Antiphone repetitio multiplicationē clamoris inſinuat. Unde propheta. Manda remāda: māda remāda. Expecta reexpecta: expecta reexpecta. Modicū ibi: modicū ibi. Si morā fecerit expecta eum: quia veniens veniet ⁊ non tardabit. Interpoſitio gl'ie deſignat captionē beniuolētie. Ut em̄ qđ expectabāt facilius obtinerēt ad totā trinitatē glorificādo clamabāt. Oſtēde nobis dn̄e miſericordiā tuā: et ſalutare tuū da nobis. Qui ſedes ſup cherubin appare coram effraim/beniamin/et manaſſe. Quorū tn̄ clamorem ſpūſſanctus exaudiens vnxit eū oleo leticie p̄re conſortibus ſuis. Ad euāgelizandum pauperib⁹ deſtinauit ſcđm qđ ipſe filius per ꝓphetā teſtatur. Spiritus dn̄i ſup me eo qđ vnxit me euāgelizare paupib⁹ miſit me. Hoc ergo deſiderium antiquorum introitus repreſentat: nō ſcđm intellectum littere ſed iubilo cantilene. Celeſtinus papa conſtituit vt pſalmi Dauid.cl. ante ſacrificium cantarentur antiphonatim ex omnib⁹ qđ antea non fiebat: ſed epiſtola tm̄ ⁊ euangelium legebātur/excepta ſunt ergo de pſalmis introitus gradualia quoqȝ ac offertoria: necnon orationes que cum modulatione ceperūt ad miſſam in eccleſia romana cātari. Antiphona grece/latine dicit̃ vox reciproca: quia duo chori reciprocādo viciſſim melodiarū cantus alternant.

Eſaie.16.

Ad hebre.1

Eſaie.18.

¶ De kyrieleyſon vbi docetur quare nonies decantatur:



M.E.C.D. 2016

et quare ſex vicibus dicitur kyrieleyſon et tribus vicibus chriſteleyſon. Capitulum.xv.

Cum ergo tẽpus plenitudinis ⁊ annus benignitatis aduenerit ſicut pdictũ fuerat a propheta. Tu exurgẽs miſereberis ſyō:q₂ venit tẽpus miſerendi eius quia venit tẽpus. Congrue chorus tũc concinẽdo ſubiungit tũc kyrieleyſon:qđ interpretatur domīe miſerere noſtri. Unde pppheta. Domine miſerere noſtri:te eñ expectauim⁹ eſto brachiũ noſtrum in manu:et ſalus noſtra in tempore tribulationis. Dicit autem hoc nonies contra nouem genera peccatorum. Eſt enim peccatum originale/mortale/et veniale/hoc eſt ſerpens et mulier et vir. Serpens enim id eſt concupiſcentia ſuggerit originaliter/mulier.i.delectatio/comedit venialiter vir.i.ratio cõſentit mortaliter. Item eſt peccatum cogitationis/locutionis/et perpetrationis/cogitationis in corde/locutionis in ore/⁊ perpetrationis in opere:hoc eſt mors in domo/mors in porta/mors in monumẽto. Rurſum eſt peccatum fragilitatis ſimplicitatis et malignitatis/fragilitatis per impotentiam/ſimplicitatis per ignorantiã/malignitatis per inuidẽtiã. Hoc eſt peccatũ in patrẽ pctm̃ in filium pctm̃ in ſpm̃ ſctm̃. Ideo ter dicit ad patrem kyrieleyſon:ter ad filium Chriſteleyſon:ter ad ſpiritũ ſanctum kyrieleyſon. Sed ad patrem et ſpiritũ ſanctum ſub eodẽ tm̃ vocabulo:quia pater et ſpũs ſanctus ſunt eiuſdẽ tãtum nature:ad filium vero ſub alio quia ſi filius et ſi ſit eiuſdẽ nature cum illis:tamen alterius vt gemine gygas ſubſtantie. Uel ideo dicit hic nonies vt ordo decimus ex hominibus reparatus nouẽ aſſocietur ordinibus angelorum. Beatus Gregorius kyrieleyſon ad miſſam a clero cantari conſtituit:quod apud grecos ab omni populo cantabatur.

Pſal.101.
Eſaie.33.

Sacerdos ĩ miſſa ter dicit kyri. ad patrẽ: ter chriſte. ad filiũ:⁊ ter kyri.ad ſpm̃ ſctm̃.

¶ De Gloria in excelſis vbi agitur de triplici pace:oſtenditur etiã quis hymnũ angelicum ad miſſam cantari conſtituit. Capitulum.xvj.

Mox ſequitur hymnus angelicus tẽporali chriſti natiuitate pbibẽs teſtimoniũ quẽ ille prim⁹

M.E.C.D. 2016

inchoādo pronunciat qui angelum magni conſilij repre-
ſentat. Chorus autem cōcinēdo proſequitur: quia ſubito
facta eſt cum angelo multitudo celeſtis exercitus laudā-
tium et dicentiū. Gloria in altiſſimis deo: et in terra pax
hominibus bone voluntatis: hymnus iſte non tātum eſt
angelorum ſed hominum congratulantium: quia mulier
illa que perdiderat dragmam decimā iam lucernā accen
derat vt dragmā decimā inueniret: et paſtor dimiſſis no-
nagītanouē ouibꝰ in deſerto iam venerat vt quereret ouē
centeſimam quā admiſerat: ante natiuitatem chriſti tres
erant inimicitiarum parietes. Primus inter deum ⁊ ho-
minem. Secundus inter angelum et hominem. Tertius
inter hominem et hominem. Homo nāqꝫ per inobedien
tiam creatorem ſuum offenderat. Per ſuum caſum reſtau
rationem angelicam impedierat. Per varios ritus ſe ab
homine ſeparauerat. Judeus nāqꝫ cerimonias excolebat
Gentilis ydolatriā exercebat. Vtriqꝫ ritꝰ alterius diſpli
cebat. Sed veniens pax noſtra fecit vtraqꝫ vnum: deſtru
xit inimicitiarum machinas: et concurrentes parietes in
ſe lapide angulari copulauit vt de cetero eſſet vnum oui-
le et vnus paſtor. Abſtulit ergo peccatum: et reconcilia-
uit hominem deo. Reparauit caſum et reconciliauit ho-
minem angelo. Deſtruxit ritus: ⁊ reconciliauit hominem
homini. Reſtaurauit ergo ſcd̄m Apoſtolum que in ce-
lis et que in terris ſunt: et ob hoc celeſtis militie multi-
tudo pſallebat. Gloria in excelſis deo: id eſt in angelis
deo: et in terra pax hominibus iudeis et gentilibus bo-
ne voluntatis. Hinc etiam eſt quod angelus loquitur: et
congaudet paſtoribus/quia pax eſt inter homines et an-
gelos reſtituta. Naſcitur deus homo: quia pax eſt inter
deum et hominem reſtaurata. Ponitur em̄ in preſepi bo-
uis ⁊ aſini: quia pax eſt inter homīes ⁊ homīes reparata.
Per bouem enim iudaicus/per aſinū gētilis populus fi-
guratur. Scd̄m illud. Cognouit bos poſſeſſorē ſuum: ⁊ aſi- Eſaie.i.
nus preſepe domini ſui. Symacus papa conſtituit tā die
dominico ꝙ natalicijs martyrum Gloria in excelſis deo
ad miſſam cantari quē hymnū theleophorus nonus a pe-



M.E.C.D. 2016

tro ad miſſam nocturnā natalis domini quā iſdem cōſtituit cantari preceperat: et in eo angelorum verba que ſequuntur adiecit q̄q̄ a plurib⁹ aſſeratur qđ ea beatus hylarius pictauenſis adiecit.

¶ De candelabris et cruce media que ſuper altare collocantur. Capitulum. xvij.

Ad ſignificādum itaq̃ gaudiū bonorū pplorū de xp̄i natiuitate letātiū in cornib⁹ altaris duo ſūt cōſtituta candelabra que mediante cruce faculas ferunt accenſas. Angelus enim inq̄t paſtoribus. Annuncio vobis gaudiū magnū qđ erit omni populo: quia nat⁹ eſt vobis ſaluator rc. Hic eſt verus yſaac qui riſus interpretatur. Lumen autē candelabri fides eſt populi. Nam ad iudaicū populum inquit propheta. Surge illuminare hieruſalē: quia venit lumen tuum et gloria
Eſaie. 60. domini ſuper te orta eſt. Ad populū autem gētilem dicit apoſtolus. Eratis aliquādo tenebre: nūc autē lux in dn̄o. Nam in ortu xp̄i noua ſtella magis apparuit p vaticiniū
Nume. 24. balaam. Orietur inquit ſtella ex iacob: r conſurget virga de iſrael. Inter duo cādelabra crux in altari media collocatur: qm̄ inter duos populos chriſtus in eccleſia extitit mediator. Lapis angularis qui fecit vtraq̃ vnū. Ad quē paſtores a iudea et magi ab oriente venerunt.

¶ De ſitu orandi vbi agitur de mutatione ſacerdotis ab vna parte altaris ad alteram. Capitulum. xviij.

Pontifex oraturus ad ſedem aſcēdit: r ſtans collectā pronūciat quā libro legit aperto: quia ſicut euangeliſta teſtatur. Venit ieſus in nazareth vbi erat nutritus et intrauit ſcđm ꝯſuetudinē diei ſabbati in ſynagogā et ſurrexit legere: et traditus eſt ei liber Eſaie ꝓphete. Quē vt reuoluit inuenit lo-
Eſaie. 61. cum vbi ſcriptum erat. Spiritus domini ſuper me eo qđ vnxit me: et cum cōpleſſet librum reddidit miniſtro et ſedit. Porro ſcđm cōſuetudines aliorū epiſcopus cum orat ad dexteram conſiſtit altaris. In hoc illud ſignificās qđ fuerat prophetatum. Deus ab auſtro veniet: et quoniā ea que ſunt leta ſignificātur per dexterā ea que ſunt triſtia p

M.E.C.D. 2016

ſiniſtrā. Idcirco pontifex ad dexterā partē altaris primū
aſcendit vt gaudiū dominice natiuitatis oſtēdat: deinde
per euangeliū ad ſiniſtrā conuertitur vt triſticiā paſſionis
inſinuet: ſed iterū redit ad dexterā vt gaudiū reſurrectio-
nis annunciet. Hoc ipſum Ezechiel in deſcriptione quat- Ezechiel. 1
tuor animaliū figurauit facies inquit hominis et facies
leonis a dextris ipſorū quattuor / per hominē quippe na-
tiuitas / p leonem reſurrectio figurat / per bouem immo-
latio deſignatur: et ideo facies hominis et facies leonis
erāt a dextris / facies aūt vituli a ſiniſtris: quia natiuitas
et reſurrectio gaudiū intulerūt: paſſio autē triſticiā inſpi-
rauit propter qđ ipſe dicebat. Triſtis eſt anima mea vſq; Marci. 14
ad mortē: debet ergo ſacerdos verſus orientē orare / quia Luce. 1.
viſitauit nos oriens ex alto. De quo legit. Ecce vir oriēs Zacha. 6.
nomen eius: cuius argumentum in libro ſapiētie reperit
Oportet inquit ad oriētem orare: nō qđ diuina maieſtas
localiter ad orientem conſiſtat que tamen eſſentialiter eſt
vbiq;. Celum inquit et terrā ego impleo: ſed qđ timenti-
bus deum oritur ſol iuſticie: qui illuminat omnem homi
nem veniētem in hunc mūdum. Nam et templum ſalo-
monis et tabernaculum moyſi legitur ad orientem oſtiū
habuiſſe. In illis autē eccleſijs que hoſtium habēt ad oc-
cidentē ſacerdos coram altari aſſiſtens: vt ad occidentem
adoret: ſemper in ſalutatione ad populum ſe cōuertit ex-
cepto prefationis ⁊ fractiōis articulo cum orationi totus
intentus et cor habet ſurſum ad dominum: et euchariſtie
peragit ſacramentum.

¶ De ſalutatione maioris et minoris ſacerdotis ad po-
pulū vbi agitur de reuelatione capitis cū oratiōe oſtendi
tur quotiēs populus ſalutatur in miſſa. Capitulum. xix.

ORaturus epiſcopus mittram deponit: quia vir 1. Cor. 11.
ſcđm Apoſtolū velato capite non debet orare:
quatinus inter ipſum et dn̄m nullius malicie
velamē interſit: vt reuelata facie dn̄i gloriā cō
templetur. Pontifex ergo ſalutationē premittit ad popu
lum dicens: pax vobis. Illius vtens eloquio cuius fun-
gitur pontificio. Minor autē ſacerdos cū ſalutat populū



M.E.C.D. 2016

ait. Dominus vobiſcū: quod vtiq̧ verbum Booz legi-
tur dixiſſe meſſoribus. Quod in Booz quoq̧ figuram
domini expreſſit: velq̧ Ruth moab idem duxit vxorem.
Chorus aūt vtriq̧ reſpōdet. Et cū ſpiritu tuo: qđ ſumptū
eſt ex epiſtola Pauli ad Tymotheum. Dominus inquit
ieſus chriſtus cum ſpiritu tuo. Ut autem epiſcopus oſten
dat ſe chriſti vicarium prima vice dicit. Pax vobis: quo-
niam hec fuit prima vox domini ad diſcipulos cum eis
poſt reſurrectiōem apparuit. Ad inſtar vero ceterorꝫ pſby
terorum: poſtea dicit Dominus vobiſcum: vt ſe vnum ex
illis oſtēdat. Ceterū ſeptē vicibus populus in miſſa ſalu-
tatur: quatinus excluſis ſeptem capitalibus vicijs ſuſci-
piat gratiam ſeptiformem.

¶ Utrum ſacerdos minus q̄ duobus preſentibus de-
beat celebrare vbi docetur qđ in officio miſſe angeli pre-
ſentes aſſiſtunt. Capitulum. xx.

Statutū eſt aūt in ſacris canonib⁹ vt nullus preſby-
terorum miſſarum ſolēnia celebrare preſumat niſi
duobus preſentibus ſibiq̧ reſpondentibus ipſe tertius
habeat. Quia cum pluraliter dicitur ab eo Dominus vo-
biſcum: et illud in ſecretis Orate pro me. Apertiſſime cō
uenit vt ipſius ſalutationi reſpondeatur a pluribus. Ue-
rū alius eſt neceſſitatis articulus: alius eſt religionis con
temptus. Pie autem credendum eſt: et ſacris auctorita-
tib⁹ approbat qđ angeli dei comites exiſtūt vel aſſiſtunt
Pſal.137. orantib⁹. Scđm illud propheticum. In conſpectu ange-
lorum pſallam tibi. Et angelus ad Thobiā. Cum orabas
cum lachrymis: ego obtuli orationem tuam domio. Sed
in canone cōtinetur. Supplices te rogamus omnipotēs
deus. Jube hec ꝓferri ꝑ manus ſctī angeli tui in ſublime
altare tuū &c. Sane quilibet homo habet angelum ſuum
ad cuſtodiam. Unde legitur in actib⁹ apoſtolorū. Quod
cum puella que ꝯcurrit ad oſtiū vt petri nūciaret aduētū
Dicebat angelus eius adeſt. Et dn̄s in euāgelio loquēs
Math.18. de paruulis ait. Angeli eorū in celis ſemper vident faciē
patris mei qui in celis eſt. Illos igitur habemus in ora-
tione participes: quos habem⁹ in glorificatiōe ꝯſortes.

M.E.C.D. 2016

¶ De orationis concluſione et reſponſione vbi docetur vnde ſit forma orationis concluſionis et reſponſionis aſſumpta. Capitulum.xxi.

Salutatione premiſſa ꝑ quã auditores reddãtur attẽti: ſubdit orationes q̃ deſignãtur in apocalipſi. Per fumum aromatum qui aſcendit in conſpectu domini de manu angeli. Chriſtus enim verus homo paſſioni ꝓpter nos deſtinatus cuius illa vox eſt. Holocauſta etiã pro pec- Pſal.39.
cato nõ poſtulaſti: tunc dixi ecce venio. ſemper vnicum ſibi verbũ pro nobis orabat: quod ſcdm apoſtolum in diebus carnis ſue preces ꝛ ſupplicationes que ad deum qui ſaluum illum poſſet facere a morte cum clamore valido ꝛ lachrymis offerens exauditus in omnibus eſt pro ſua reuerentia. Quod autem poſt finem orationis ſubiungitur Per dominum noſtrum ieſum chriſtum: illud ſignificat quod ipſe dicit in euangelio. Quicquid petieritis patrem in nomine meo fiet vobis: non enim per aliam viã ad vos eterna dei beneficia ad nos poſſunt diffluere: quã per eum qui eſt mediator dei et hominum homo chriſtus ieſus: ſicut mediãte criſtallo mutuamus ignem in eſcam ſuppoſito igne a ſole longinquo. Sumptũ eſt autẽ ab epiſtola ad romanos. Gloriamur. Per dominum noſtrum ieſum xp̄m. Illud autẽ qđ ſequitur. Qui tecũ viuit ꝛ regnat in vnitate ſpũſſancti deus: ita poteſt ſimpliciter et non imprudẽter intelligi. Qui cũ patre viuit ꝛ regnat in vnitate ſpirituſſancti deus. i. vna cũ ſpirituſancto. Nam pater et filius et ſpirituſſanctus ſunt vnus deus: vel in vnitate ſpirituſſancti: id eſt cum ſpirituſancto: qui eſt vnitas patris et filij. Amor et connexio vtriuſqꝫ Per omnia ſecula ſeculorum. Hoc conſecutiue vel anthonomaſice poteſt intelligi conſecutiue ſicut generationes generationũ Anthonomaſice ſicut cantica canticorum. Amen obtantis vel affirmantis notat affectum. Nam in fine pſalmorum vbi nos dicim⁹ fiat fiat. Hebreus dicit Amen amẽ. Et chriſtus in euangelio ſepe dicit. Amen amen dico vobis. Hoc eſt verum verum dico vobis. Scdm illud quod alibi dicit. Sit ſermo veſter eſt eſt. Reſpicit ergo vel ad

M.E.C.D. 2016

formā orationis vt qđ orat optet: vel ad modū cōcluſio-
nis vt qđ ↄcludit affirmet. Uerbi gratia. Cum ſacerdos
orat. Da nobis domine ſalutē mētis ⁊ corporis populus
reſpondet optando Amen. i. fiat. Uel cū ſacerdos conclu
dit: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritusſancti deus:
per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amē. Populus affirmādo reſpon-
det Amen. i. verum eſt.

¶ Quare oratiōes dicūtur collecte: et quot ſunt in miſſa dicēde vbi traditur q̄ fuere haꝝ auctores. Caplm. xxij.

ORationes autē que circa principium miſſe dicuntur collecte vocātur eo qđ ſacerdos qui fungitur ad dñm legatione: pro populo petitiōes omniū in eis colligat ⁊ concludat: proprie tamē collecte dicūtur que ſuper collectam populi fiūt: dū colligitur populus ad ſtationē faciēdā de vna eccleſia ꝓcedat ad alia. Orationū vͦ plures et varij fuerūt auctores et intātū numerus earū et diuerſitas excreſcebat ꝙ octauum affricanū conciliū cui beatus Auguſtinus interfuit ↄſtituit vt nulle preces/vel orationes/vel miſſe/vel prefationes/vel manus impoſitiones dicātur niſi in concilio fuerint approbate. Nam Gelaſius papa tam a ſe ꝙ̄ ab alijs cōpoſitas ꝑces dicitur ordinaſſe. Beatus vero Gregorius ſecluſis his que nimia vel incōgrua videbātur rationalia coadunauit ⁊ ↄgrua multa ꝑ ſe ſupaddēs neceſſaria. Quidā tñ modū ⁊ ordinē excedētes intantū oratiōes multiplicāt: vt tediū ſuis auditorib⁹ generēt ⁊ faſtidium. Cum ecōuerſo domin⁹ dicat in euāgelio. Cum oratis nolite multū loqui ſicut ethnici faciunt. Putāt enim in multiloquio exaudiri. Unde cum ei dixiſſent apoſtoli. Domine doce nos orare. Compēdioſam orationem eos docuit. Pater noſter qui es in celis ⁊c. Huius igitur oratiōis formā ſequentes ſacerdotes in miſſa ſeptenariū orationū numerū nō excedāt. Nam xp̄s ſeptē petitionib⁹ oīa neceſſaria anime et corporis comprehēdit. Quia vero deus numero īpari gaudet/ſummopere q̄dā obſeruant: vt īpares

M.E.C.D. 2016

orationes dicāt in miſſa/vel vnam/vel tres/vel quinqꝫ/
vel ſeptē. Unā ꝑpter trinitatis ſacramentū. Tres ꝑpter
trinitatis myſteriū. Quinqꝫ ꝑpter quinquipartitā domi-
ni paſſionē. Septē propter ſpm̄ gratie ſeptiformis. Deus Prouer.6.
enim diuiſionē ⁊ diſcordiā deteſtat̄. Unde cū ceteroꝝ die-
rū benedixit operibus ſecunde diei benedixiſſe non legi-
tur: quia binarius primus ab vnitate recedit: et ab eo ce-
teri numeri diuiſibiles ſortiuntur originem.

¶De Extenſione manuum ſacerdotis in miſſa vbi tra-
dit quare miniſtri ſuſtētāt hinc inde manus pontificis: et
quare ſacerdos tenet coram eo ſacramētorium. Ca.xxiij.

STans ergo pontifex ad orādū manus eleuat ⁊ extē-
dit aſtantibus hinc inde miniſtris qui manus eius Orō multū
ſuſtentant ſacerdote coram eo tenente ſacramentum. Lex efficax eſt.
quippe ſacramentū illud inſinuat. Legit̄ em̄ in exodo qḋ Exodi.17.
cū iſrael pugnaret aduerſus Amalech in deſerto moyſes
aſcendit ſup verticē montis. Cūqꝫ eleuaret man⁹ moyſes
vincebat iſrael. Si aūt paululū remiſiſſet man⁹ amalech
ſuperabat Aaron quoqꝫ et hur ſuſtētabāt manus eius ex
vtraqꝫ parte: ⁊ factū eſt vt manus eius nō laſſarētur vſqꝫ
ad ſolis occaſum. Fugauitqꝫ Joſue Amalech: et populū
eius in ore gladij propter hoc extendit ſacerdos manus
in miſſa cum orat. Nam et xp̄s cum expādiſſet manus in Xp̄s ora-
cruce pro perſecutoribus orauit ⁊ dixit. Pater dimitte il- uit ꝑ ſuis
lis: quia neſciūt quid faciunt. Moraliter inſtruēs qḋ xp̄s crucifixori-
ſemꝑ eſt paratus recipere penitētes. Juxta qḋ ipſe dixit. b⁹ brachijs
Omnis qui venit ad me nō eijcitur foras. Cum aūt ve- ⁊ manibus
rus moyſes.i.xp̄s eleuat manus.i.impendit auxiliū ⁊ ſo- extenſis.
laciū vincit iſrael.i.eccleſia. Nam ſi deus pugnat pro no- Luce.23.
bis: quis contra nos. Si aūt paululū manus remiſerit.i. Joan.6.
ſi peccatis exigentibus ſubtrahit auxiliū ⁊ ſolacium. Su- Ad rom̄.8.
perat amalech.i.diabolus: quia nō eſt volentis neqꝫ cur-
rentis: ſed miſerentis eſt dei. Quia vero xp̄s ꝓmittit ec- Mat.vlti.
cleſie. Uobiſcū ſum vſqꝫ ad cōſummationē ſeculi: ob hoc
aaron.i.mons fortitudinis: ⁊ hur.i.ignis charitatis ſuſtē-
tant manus eius vt in fortitudine ferat auxiliū: et in cha-
ritate ſolaciū ne manus eius laſſentur vſqꝫ ad ſolis occa-



M.E.C.D. 2016

ſum.i.vſq; ad finem mundi. Sicq; Joſue duce.i.chriſto ductore. Moyſes fugat amalech et populũ eius.i.eccleſia ſuperat diabolum et exercitũ eius: in ore gladii.i.per

Diabolꝰ vicit orone. virtutẽ orationis. Gladius enim eſt verbum dei. Si quis ergo vult orationis virtute ſuperare diabolum debet eleuare manus.i.actus ad dominũ: vt eius cõuerſatio ſit in celis. Unde demiſſas manus erigite: et genua debilia ro

Pſal.140. borate. Nam eleuatio manuum ſacrificiũ veſpertinum.

Jacobi.3. Bona eſt oratio cum ieiunio et elemoſyna. Fides autẽ ſi

Ad colo.3. ne operibus mortua eſt. Leuemus ergo puras manus ſine diſceptatione: querentes que ſurſum ſunt: non que ſup terram vbi chriſtus eſt in dextera dei ſedens.

¶ De Epiſtola que premittit̃ in miſſa euangelio vbi traditur quare ſubdiaconum legẽtem epiſtolã ſolus comitatur accolitus diaconum vero legentẽ euãgeliũ tã ſubdiaconi q̃ accoliti comitantur: oſtenditur etiam cur epiſtola non ſemper legitur de prophetis: non ſemper de apoſtolis/ſed interdum ſumitur de veteri teſtamẽto. Ca.xxiiii.

Epl'a que euangelio p̃mittit̃ officiũ p̃curſoris ioannis ĩſinuat

Epiſtola que premittitur euangelio precurſoris deſignat officium qđ ioãnes ante chriſtum exercuit: qui preiuit ante faciem dñi parare vias eius: ſicut ipſe teſtat̃. Ego vox clamantis in deſerto: parate viã dño. Joannes enim qui ſubdiaconus fuit.i.ſubminiſter illius: qui de ſe

Math.3. dixit non veni miniſtrari/ſed miniſtrare. Lex enim quaſi

Joãnes p̃curſor fuit ſubdiaconꝰ chriſti. pedagogus infantẽ.i.dei populũ per manũ moyſi cuſtodiendũ ſuſcipiens illius aduentũ docuit expectare: quem eidẽ populo iam adulto per os digitũq; Joannis preſen

Marci.10. tẽ in carne monſtrauit vt eum ducẽ ſequeretur ad regnũ.

Joan.1. Ecce (inquit) agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Preceſſit nãq; lex euangelium ſicut vmbra lucem: virga

Joan.1. fructum: timor charitatem: initium perfectionem/dominantis preceptum/amantis conſiliũ. Nam lex p moyſen data eſt: gratia et veritas p ieſum chriſtũ facta eſt. Epiſtola vero vox legis eſt ſuam imperfectionem ioannis teſti

Joan.1. monio perhibentis: et ad perfectionẽ euangelicã trãſmittentis. Hic eſt (inquit) de quo dixi vobis. Qui poſt me venit ante me factus eſt; cuius non ſum dignus corrigiam

M.E.C.D. 2016

calciamenti ſoluere. Me oportet minui: illū aūt creſcere.
Non erat ille lux: ſed vt teſtimonium perhiberet de lumi- Joan.2.
ne. Erat lux vera que illuminat omnem hominē venien- Joan.1.
tem in hunc mundum. Lex quippe neminē duxit ad per- Ad heb.7
fectum. Hinc eſt qḋ ſubdiaconū legētem epiſtolam vnus Quare ſub diaconum
comitatur accolitus: quia predicationē euāgelij plurimi vn⁹ cōmitat accoli
ſuſceperūt. Unde diſcipuli legūtur dixiſſe ioanni. Rabbi tus et ſub
qui erat tecū poſt iordanē cui teſtimonium perhibuiſti: ec diaconus ⁊
ce hic baptizat et omnes veniunt poſt illum. Ut ergo au- omnes alij
diuit ieſus quia phariſei audierunt qḋ ieſus plures diſci- diaconum.
pulos facit quā ioānes reliquit iudeā ⁊c. Quia vero ioan Joan.3.
nes fuit limes precedentium et ſubſequentium: medius Joan.4.
inter apoſtolos ⁊ ꝓphetas. Nam lex ⁊ ꝓphete vſq ad io-
annem erāt: et ex eo regnū dei euangelizatur: ſed interdū
ſumit de veteri teſtamēto interdū de nouo: et omnis in il
lum vim facit. Ideo epiſtola nec ſemper legitur de pro- Quare nō
phetis nec ſemper de apoſtolis: quia ioannes cuius vocē ſemp legatur ep̄la de
repreſentat epiſtola cum antiquis chriſtum predixit ven prophetis:
turum. Qui poſt me venit ante me factus eſt: et cum mo- nec ſemper
dernis chriſtū oſtendit preſentem. Ecce agnus dei: ecce q̄ de ap̄lis.
tollit peccata mundi. Epiſtola enim grece latine ſupmiſ-
ſio vel ſuperegrotatio nūcupatur. Quod nomen bene cō
gruit litteris apoſtolicis que ſuperegrotate ſunt euange
lio: de quibus frequentius legūtur epiſtole. Apoſtolicus Luce.10.
enim ordo per illum ſtabularium intelligitur: cui ſamari-
tanus cōmiſit hominē a latronibus vulneratum ⁊ ſpolia-
tum et ſemiuiuum relictū. Preferēs duos denarios et di
cēs ei. Curam illius habe: et ſi quid ſupererogaueris red-
dam tibi.

¶ De Reuerētia quā ſubdiaconi exhibent epiſcopo poſt epiſtolam: vbi traditur quare ſubdiaconus poſt epiſtole finem diaconus vero ante principium euangelij reuerentiam exhibet ſacerdoti. Capitulum.xxv.

Q Uod autē ſubdiaconus cū accolito poſt lectā epiſto
lam ad ſacerdotem accedit: illud inſinuat qḋ ioan-
nes cum audiſſet in vinculis opera xp̄i. Miſit duos de
diſcipulis ſuis: ait illi. Tu es qui venturus es: an alium Math.11.



M.E.C.D. 2016

expectamus: vt peruiſa miracula chriſtum iam veniſſe
Mat.11. cognoſcerent. Unde reſpōdēs ieſus ait illis: eūtes renun
ciate ioanni que vidiſtis et audiſtis/ceci vidēt/claudi am
bulant/leproſi mundantur/ſurdi audiunt/mortui reſur-
Pſal.116. gūt/pauperes euāgelizantur. Et quia dextera domini fe
cit virtutem. Ideo ſubdiaconus oſculatur dexterā ſacer-
dotis. Quia vero peruiſa miracula cognouit eſſe: de quo
Joan.1.ca. magiſter predixerat. Qui poſt me venit ante me fact⁹ eſt:
cuius nō ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere: pro-
nus ad pedes pōtificis romani calciamētum oſculaꝛ. Sa
cerdos vero ſubiaconū benedicit: quia chriſtus commen
Math.11. dauit ioannem. Quid (inquit) exiſtis in deſertum videre
prophetam? Etiam dico vobis pluſq̄ prophetam. Amē
dico vobis inter natos mulierum non ſurrexit maior io-
Quare ſub diaconus poſt finem ep̄le diaconus ṽo āte pricipium euāgelij ad ſacerdotē accedit. anne baptiſta. Subdiaconus ergo poſt finem: ſed diaco-
nus ante principium lectionis ad ſacerdotem accedit et
exhibet reuerentiam: quia lex finem accepit a chriſto/ſed
euangeliū originē ſumpſit ab ipſo. Nam lex et prophete
vſq̄ ad ioannem. Euāgelium ⁊ apoſtoli poſt ioannem.
¶ De Graduali vbi monſtratur cur in diebus pētheco-
ſtes graduale non dicitur: oſtenditur etiam vnde dicatur
et qualiter ſit cantandum. Capitulum. xxvi.
Math.3. VErum quia ioannes penitētiā predicabat. Pe
nitētiam (inquit) agite: appropinquabit enim
Ibidem. regnū celorum. Et iterū. facite dignos fructus
Graduale denotat lamētū penitentie. penitētie. Merito poſt epiſtolam graduale ſe-
quitur qđ penitentie lamētum inſinuat ꝑpter qđ in die-
bus pēthecoſtes tollitur de officio: quia videlicet dies il-
li futurū in regno dei felicē ſtatum ſignificant quādo iam
area chriſti ventilabro qđ eſt in manu eius purgata: gra-
Graduale vñ dicit. ua reponentur in horreo qđ eſt felicitatis eterne. Dicitur
enim gradale vel graduale a gradib⁹ humilitatis: vtpo-
te illi conueniens qui necdum aſcendit de virtute in vir-
tutē: ſed adhuc in cōualle eſt poſitus lachrymarū. Jam ta
Pſal.83. men aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Rectius ergo fa-
ciunt qui gradale non feſtiuis aut modulatis vocib⁹ effe-
runt: ſed quaſi canticum grauem et aſperū ſimpliciter po-

M.E.C.D. 2016

tius et lamentabiliter canunt. Poteſt tamen illud reſpon ſorium qđ gradale vocatur ad vocationem apoſtolorum referri quando xp̃s vocante. Uenite poſt me ipſi: non tm̃ verbo ſed opere reſponderũt: quia relictis omnibus ſecuti ſunt eum. Et ideo gradale cantatur qm̃ apl'i gradiebã tur poſt dominũ diſcipuli poſt magiſtrum. Poſt epiſtolã vero gradale cantatur quia poſt predicationem ioannis diſcipuli ſecuti ſunt chriſtum: ſicut euangeliſta ioannes deſcribit. Stabat (inq̃t) ioannes ⁊ ex diſcipulis eius duo: ⁊ reſpiciens ieſum ambulãtem dixit. Ecce agnus dei ⁊c. et audierunt eum duo diſcipuli loquentem et ſecuti ſunt ieſum. Erat autem andreas frater ſymonis petri vnus ex duobus qui audierant a ioanne et ſecuti fuerãt eum. Hic gradale cantauit cum inuenit primo fratrem ſuum ſymonem ⁊ dixit ei. Inuenimus meſſiam qđ ĩterpretatur chriſtus et adduxit eum ad ieſum. Philippus vero gradale cantauit cũ inuenit nathanaelem: et dixit ei. Quẽ ſcripſit moyſes in lege et prophetis inuenimus ieſum filium ioſeph a nazareth veni et vide.

Graduale põt referri ad vocatiõnẽ aploꝝ. Mat.4.

Graduale poſt ep'l'am cantat.

Joan.1.

Andreas graduale cantauit.

Joan.1.

¶ De alleluya quare poſt graduale cantatur vbi docetur quid ſignificet alleluya: et quare nomen iſtud interpretatũ nõ fuit ⁊ q̃s ĩſtituit nec cantaret ad miſſam. Ca.xxvij.

Poſt luctũ ſequit̃ conſolatio. Nam beati qui lugent: quoniã ipſi conſolabũtur. Et ideo poſt gradale cantatur alleluya qđ ſignificat ineffabile gaudium angelorũ et hominum in eterna felicitate letantium: hic eſt ſemper laudate dominũ. Beati qui habitãt in domo tua domine in ſecula ſeculorum laudabunt te: in voce exultationis et ↄfeſſionis ſon⁹ epulantis. Quid ſit all'a. cxij. pſalm⁹ exponit: cui cũ all'a p̃mittit̃ in titulo ſtatim pſalm⁹ exponẽdo titulũ. Incipit laudate pueri dñm ⁊c. hoc eſt ineffabile gaudiũ vite preſentis inopia nullatenus habere meretur: ſed preguſtans illud in ſpe / ſitit et eſurit qui guſtauerit. Uñ ſpes mutetur in rem: ⁊ fides in ſpeciem. Quapropter hoc nomẽ hebraycũ in all'a ĩterp̃tatũ nõ fuit: ĩterp̃tatũ remanſit: vt pegrinũ ab hac vita gaudiũ: per pegrinũ quoqꝫ vocabulũ ſignificaret̃ potius q̃ exprimeret̃: vel de quoddã

Math.5.

Pſal.83.

Pſal.41.



M.E.C.D. 2016

gaudij ſtillicidiū de diuitijs ſupne hieruſalē: primum in
mente patriarcharū et ꝓphetarū. Poſt in apoſtolorū ora
ꝑ ſpiritū ſanctū elapſum eſt. Quoniā igit̃ all'a future bea-
titudinis quaſi ꝓpriū eſt vocabulū: non mirū ſi magis co
tēpore frequētat̃ quo xp̄s reſurgēs eiuſdem beatitudinis
ſpem nobis tribuit ꝛ ꝓmiſſum. Et autē alijs tēporib9 ca
neret̃ ad miſſam olim all'a non cantabat̃: olim eccleſie ro-
mane ꝯſuetudo non erat: ſed a beato Gregorio ſtatutū eſt
vno potius reſtitutū. Nam a tēpore Damaſi papa cū pri9
fuiſſet eadē defecerat cōſuetudo. Deinde cū de hoc ꝛ alijs
quibuſdā murmurare ſentiret tanꝙ̄ conſtantinopolitane
eccleſie conſuetudines ſequerētur nō eſt dedignatus red-
dere ratiōem. Canimus igit̃ all'a poſt graduale. Canticū
leticie poſt luctū penitētie ſummopere nitētes exprimere
magnitudinē conſolationis que repoſita eſt lugētib9. Iu-
bilātes poti9 quā canētes vnāꝗ breuem digni ſermonis
ſyllabā in pl'es pneumas ꝓtrahi: vt iocūdo all'a auditoris
mēs ita repleat̃ ꝛ rapiat̃ illuc vbi ſemꝑ erit vita ſine mor-
te/dies ſine nocte/certa ſine ſorte/dulcedo ſine amaritu-
dine/iocūditas ſine dolore/ſecuritas ſine timore/trāquil-
litas ſine labore/fortitudo ſine debilitate/rectitudo ſine
peruerſitate/ pulchritudo ſine deformitate/ veritas ſine
fallacia/charitas ſine malicia/felicitas ſine miſeria: po-
teſt tū all'a referri ad exultationem eorū qui de miraculis
xp̄i gaudebant laudātes dominū ꝛ dicebant: quia vidi-
Luce.7. mus mirabilia hodie: quia deus viſitauit plebem ſuam.
Luce.18. Tunc enim cantabat̃ in iubilo all'a cum omnis plebs: vt
vidit dedit laudem deo: et omnis populus gaudebat in
omnibus que miraculoſe fiebāt ab eo. Nam et ſeptuagin
taduo reuerſi ſunt cū gaudio dicētes. Domine etiā demo
nia ſubijciūtur nobis in nomine tuo. Hinc eſt qđ a ſeptua
geſima vſꝗ ad paſcha non canit̃ all'a: quia tēpore triſticie
non debet carmen leticie decantari. Scđm illud ꝓpheti-
Psal.136. cum. Quomodo cantabimus canticum domini in terra
aliena. Septuageſima nāꝗ tempus babylonice captiui-
Psal.136. tatis ſpecialiter repreſentat. In qua ſuper flumina baby-
lonis ſedentes et flentes in ſalicibus organa ſuſpenderūt.

M.E.C.D. 2016

Canitur aũt tractus qui cum aſperitate vocis ⁊ prolixita-
te verboꝝ miſeriam vite preſentis inſinuat. De quo dicit
pſalmiſta. Heu michi quia incolatus meus prolongatus Pſal.119.
eſt: habitaui cum habitãtibus cedar/ multum incola fuit
anima mea.

¶ De Verſu qualis eſſe debeat et quare interponatur/ et
de ſequentia: et cur in officio miſſe trium linguarum con-
currit diuerſitas. Capitulum.xxviij.

Quod autẽ interpoſito verſu bis all'a canitur: de-
ſignat qd̃ interiecta leticia ſancti geminã glorifi-
cationis ſtolã accipiẽt/ mẽtis ⁊ carnis/ ſiue cor- Pſal.vltio
dis ⁊ corporis. Nam ſcd̃m ſtolam mẽtis exulta-
bũt ſancti in gloria: letabũtur in cubilib⁹ ſuis. Scd̃m ſto- Sapie.3.
lam carnis. Fulgebũt iuſti ſicut ſol: ⁊ tãq̃ ſcintille in arũ- Verſus ni
dineto diſcurrent. Verſus ergo nichil ſiniſtrum aut triſte: chil triſte
ſed totũ iocũdũ ⁊ dulce debẽt ſonare. Quales ſunt Domi ſonare de-
nus regnauit decorẽ indutus eſt. Domin⁹ regnauit exul- bent.
tet terra. Jubilate deo. Juſtus vt palma florebit. Quo- Pſal.92. Pſal.91.
niam abſterget deus omnẽ lachrymam ab oculis.ſ.et iu. Apoca.7.
nõ.e. amplius neq̃ luctus neq̃ clamor ſiue do. qm̃ priora
tranſierunt. Hoc idẽ ſignificat q̃ in quibuſdã eccleſijs ſe-
quentia poſt all'a cantatur ſuaui modulatione dulciq̃ ca-
nore. Notãdũ aũt qd̃ in officio miſſe triũ linguarũ occur- Nota qua-
rit diuerſitas vt omnis lingua cõfiteatur: quia domin⁹ ie- re ĩ officio
ſus in gloria eſt dei patris. Quod ⁊ titulus crucis oſtẽdit miſſe ligua
qui ſcriptus eſt litteris grecis hebraycis et latinis. Jeſus rũ triũ oc-
nazarenus rex iudeorum. currit di-
uerſitas.

¶ De Sacerdotis conſenſu dum epiſtola legitur: et qua-
re graduale cantatur. Capitulum.xxix.

Hactenus tacit⁹ ſedebat ſacerdos illud ĩſinuãs
qd̃ p̃dicãte ioãne xp̄s quodãmõ tacebat: q: nõ Mar.1.
predicabat aperte. Sed vt tradit euangeliſta.
Poſtq̃ traditus eſt ioannes/ ieſus venit in ga
lileã predicans euãgeliũ regni. Vel quia ſecũde victoris Nota quid
eſt ſeſſio ſacerdotis victoriã xp̄i ſignificat qui poſt ieiuniũ ſeſſio ſacer
vicit diabolũ. Nam reliquit eũ diabolus tẽptator: et ac- dotis de-
ceſſerunt angeli et miniſtrabant ei. notat. Mat.4.

M.E.C.D. 2016

¶De Mutatiōe ſacerdotis ab vna parte altaris ad aliā cum lecturus eſt euangelium. Capitulum.xxx.

Quare euāgeliū in ſiniſtra parte legat. Mat.9. Luce.5.

His rite p̄miſſis ſacerdos ad ſiniſtram partē altaris accedēs p̄nūciat euāgelium: ſignificans qđ xp̄s nō venit vocare iuſtos: ſed peccatores. Juxta qđ domin⁹ dicit in euāgelio. Quia non indigent qui ſani ſunt medico: ſed qui male habent. Per dexterā enim iuſti/per ſiniſtrā peccatores intelligunt: propter qđ dn̄s in iudicio ſtatuet quidem oues a dextris: edos a ſiniſtris. Quidam tamen in hoc loco dixerunt qđ ideo ſacerdos in principio miſſe

Alia expoſitio.

cōſiſtit ad dexteram. Cum aūt p̄nūciat euāgeliū conuertit ad ſiniſtrā: et circa finem miſſe iterū redit ad dexterā. q: circul⁹ fidei primo fuit in pplo iudeorū: deinde trāſiuit ad gentes: et circa finē mūdi iterū reuertet ad iudeos ad p̄dicationē helye et enoch q̄ cōuertent corda patrum in fi

Hier.23.

lios: quoniam in diebus illis ſaluabitur iuda: ⁊ iſrael ha. confi. et reliquie iſrael ſalue fient. Sed cum ſacerdos qui p̄nūciat euāgeliū ipſius xp̄i repreſentat perſonam: ⁊ xp̄s non predicauit gētibus ſed iudeis. Juxta qđ ipſe dicit in

Mat.15.

euāgelio. Non ſum miſſus niſi ad oues q̄ perierant dom⁹ iſrael: vtrū illud recte dicat prudens auditor aduertat.

¶Quare diaconus qui lecturus eſt euangelium dexteram pontificis oſculatur. Capitulum.xxxi.

Porro cū ep̄s celebrat omnia ſolēnius paguntur. Diaconus enim dextera pōtificis oſculata codicē euāgelij ſuſcipiens de altari benedictionē poſtulat ab ep̄o: qua data p̄cedit ad pulpitum precedentib⁹ ceroferarij qui faculas ferunt accenſas et thuribulū cū incenſo iam figura mutat. Nam diaconus qui prius repreſentabat p̄phetam: modo repreſentat euāgeliſtā. Quid n̄: Lex ⁊ p̄phete vſq3 ad ioānem: ⁊ ex eo regnū celoꝝ euangelizat. Puteus altus eſt: et ſi fue

Eſaie.12.

rit diligēter eruditus. Hauriem⁹ diligēter aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Diaconus dexterā pontificis

Predicator dz p̄dicare p glia ſēpiterna.

oſculat: quia predicator euangelizare debet p gloria ſempiterna. De qua ſponſa dicit in cāticis. Dextera illi⁹ amplexabit me. Nam ⁊ angelus q̄ gloriā reſurrectionis xp̄i

M.E.C.D. 2016

venerat nunciare:ſedebat in dextris ſtola cādida cooper- Mar.16.
tus. Licet ergo ſcd̄m apoſtolum:qui ſeminant ſpiritualia 1.ad cor.9
metere poſſunt temporalia:non eſt tamen ſeminādū pro
carnalibus et terrenis: ſed pro ſpūalibꝰ et eternis. Nam
q̇ ſeminat de bn̄dictionibꝰ ⁊ in bn̄dictiōibꝰ metet vitam
eternā. Mercenarius eſt q̇ de p̄dicationis officio nō que- Mercena-
rit premium ſempiternum:ſed comedit temporale. rius.

¶ Quādo manus ⁊ quādo pedes ſummi pontificis oſcu
lātur:vbi docet ꝙ p̄ter oblationē panis et ea que pro de-
functis offerunt:quas manus tangit ceteras recipit obla
tiones ad pedes. Capitulum.xxxij.

Ceterum diaconus manus vel pedes pontifi-
cis oſculatur:vt ⁊ ſummo pontifici ſummam
exhibeat reuerentiā: ⁊ eū illius oſtēdat eſſe vi
cariū:cuius pedes oſculabat mulier que erat Luce.7.
in ciuitate peccatrix. Adorandū enim eſt ſcabellū pedum Pſal.118.
eius:quoniā ſanctū eſt cuius pedes tenētes mulieres re-
ſurgentē a mortuis adorauerunt. Generaliter autē nemo
debet manus ſummi pontificis oſculari:niſi cum de ma-
nibus eius aliquid ſuſcipit. Uel cū ad manus eius aliq̄d Qn̄ manꝰ
tribuit:vt oſtendat qḋ ex vtroq; debemus gratias illi re- ſūmi pōtifi
fere qui ſicut ſemꝑ dat ꝓpria:ſic nūq̄ recipit aliena. Ipſe cis eſt oſcu
vero p̄ter oblationē panis nullā aliā oblationē manibus landa.
tangit niſi que pro defunctis offert/quā ideo manibꝰ ſuſci
pit:vt eoꝝ ſigillet erroribꝰ qui dogmatizant elemoſynas Error ex-
non valere defunctis. Panē vero tāgit ꝓpter reuerentiā cluditur.
ſacrificij qḋ ex pane cōficit: et quia vicarius eſt illius qui
de ſe dicit. Ego ſum panis ⁊c. Ceteras autem oblationes Joan.6.
ad pedes accipit:propter hoc qḋ in actibus apoſtolorum
habetur. Quoniā afferebāt precia eoꝝ que vendebant:⁊
ponebant ante pedes apoſtolorum.

¶ De Benedictione quam diaconus petit et accipit.
Capitulum.xxxiij.

Suſcipiens ergo diaconus codicem euangelij bene- Quid bn̄di
dictionē poſtulat ab ep̄o:quia nullus debet predica ctio ab ep̄o
re niſi mutatur. Scd̄m illud apoſtoli. Quomodo predica- ſuſcepta ſi-
bunt niſi mutātur. Et dn̄s (inquit) ap̄lis. Meſſis quidem gnificet. Ad rom.10



M.E.C.D. 2016

Luce.10. multa: operarii autē pauci. Rogate ergo dn̄m meſſis: vt
mutat oparios ſuos in menſem. Eſaias quoq cū audiſſet
vocē dn̄i dicentis quē mittā ⁊ qs ibit ex vobis: Respon-
Eſaie.6. dit. Ecce ego ſum. Mitte me. Dicit quoq dn̄s. Uade et
dices populo huic. Audite audientes ⁊c. Pontifex viſibi-
Subdiaconus non benedicitur. liter benedixit diacono qui lecturus eſt euāgelium: qd nō
fecerat ſubdiacono qui lecturus erat epiſtolam: quia xp̄s
inuiſibilis manens legem ⁊ ꝓphetas inuiſibiliter miſit.
Sed poſtq̄ in terris viſus eſt: et cum hominib⁹ conuerſa-
tus eſt apoſtolos ⁊ euāgeliſtas viſibiliter miſit et docuit.
Mar.vlti. Euntes (inquit) predicate euangelium omni creature di-
cētes appropinquat regnum celorum. Illi aūt egreſſi cir-
cuibant caſtella euangelizantes et curantes vbiq.

¶ De Suſceptione codicis euangelii. Caplm.xxxiiii.

TExtus euangelii ſumit de altari: quia de ſyon
exibit lex: ⁊ verbū dn̄i de hieruſalē. Non vtiq
lex moſayca: que quondam exierat de monte
ſyna/ ſed lex euangelica. De qua dicit ꝓpheta.
Ecce dies veniunt dicit dn̄s: et cōſummabo teſtamētum
nouū ſup domum iſrael ⁊ ſup domū iuda: non ſcd̄m teſta-
mentum qd dedi patrib⁹ eorum cum educerem eos de terra
egypti. Sed leges meas dabo et mentes eorū: et in corde
eorum ſcribam eas: ⁊ ero illis in deū: et ipſi erūt michi in po-
pulum. Lex quippe moſayca ſcripta fuit in tabulis lapi-
deis. Sed lex euangelica ſcribitur in tabulis cordis digi-
to dei. Nam illa dabat duris habētib⁹ cor lapideum: ſed
Pſal.17. hec dat obedientibus: ſicut ipſe dicit in pſalmo. Populus
quem non cognoui ſeruiuit michi: in au. a. o. michi.

¶ De his qui p̄cedūt diaconū cereis ⁊ incēſo. Ca.xxxv.

Nota de p̄dicatorib⁹. DIaconus premittit ceroferarios cū faculis et
incēſo: quia p̄dicator debet ex ſe odorem bone
opinionis emittere. Scd̄m illud apl'i. Chriſti
Luce.4. odor bonus ſumus in omni loco. Nam cuius
vita deſpicit: reſtat vt eius predicatio reſpuatur: et dici-
Math.7. tur medice cura teipſm. Ecce primo trabē de oculo tuo: ⁊
tūc eiicies feſtucā de oculo fratris tui. Debet et deſideriū
⁊ gaudiū in cordib⁹ auditorum accendere: quatinus ⁊ liben

M.E.C.D. 2016

ter audiant et gratanter obediant. Quis aũt non deſide-
ret bonũ nũcium: ⁊ de bono nũcio q̇s nõ gaudeat? Euan Euangelij
gelium bonum nuncium ipſa ſui nominis interpretatio- iterp̃tatio.
ne ſignificat. Uel ꝓpter hoc qḋ ep̃s duos p̃mittit accoli-
tos ante diaconum qui lecturus eſt euãgelium portantes
cereos ⁊ incenſum. Notat̃ qḋ xp̃s p̃mittebat binos nun- Luce.10.
cios ante faciem ſuã in omnẽ ciuitatẽ ⁊ locũ quo erat ipſe
venturus preferentes choruſcationes miraculoꝝ et odo-
rem virtutum. Unde reuerſi dixerũt. Domie. In nomie
tuo etiã demonia ſubijciunt̃ nobis. Facies enim xp̃i con
uenienter hic intelliguntur apoſtoli qui formam doctrine
ſue populis oſtendebãt: propter qḋ ip̃is aiebat. Qui vos Math.10.
recipit me recipit. Uel ideo librum euãgelicum precedũt
thuribulum ⁊ candelabrum: quia doctrinam xp̃i virtus ⁊
fama preibant euãgeliſta teſtante. Exiuit ieſus in virtute Luce.4.
ſpũs in galileam: et fama exiuit in vniuerſam regionẽ de
illo: ⁊ ipſe docebat de ſynagogis eorum.

¶ Quare ſubdiaconus in eundo ſequit̃ in redeũdo pre-
cedit referens euangelium. Capitulum.xxxvj.

Diaconus vero precedit vt doctor: ſubdiaconus ve-
ro ſequit̃ vt auditor. Ille precedit vt p̃dicet. Iſte ſe-
quit̃ vt miniſtret: quia dignus eſt operarius mercede ſua Luce.10.
Scd̃m qḋ dñs in lege p̃cepit. Non claudes os bonis tri- Deute.25.
turãtis. Poſt lectionẽ vero ſubdiaconus ſufficienter edo- Quare ſub
ctus p̃cedit referens euãgelium: quia mercedẽ euangelij diacon⁹ re-
de ſui p̃dicatiõe reportat. Quod dñs ait in euãgelio. Qui ferẽs euan
recipit ꝓphetã in nomie ꝓphete: mercedem ꝓphete acci geliũ p̃ce-
piet quã ideo premittit diacon⁹ ad ep̃m vt oſtendat fru- dit.
ctum predicationis ſe referre. De quo dñs iuſſerat. Poſui Mat.10.
vos vt eatis et fruc. affe. et. f. v. m. In quibuſdam tamen Joan.15.
eccleſijs ſubdiaconus precedit diaconum. Ferens pului-
nar quem libro ſupponit: vt molliter ſedeat. Per puluillũ
qui feſſo ſupponitur ad quietem ſignificatur vite ſolaciũ:
vt videlicet auditores: quaſi ꝑ mercede laboris p̃dicanti
ſibi neceſſaria ſubminiſtret. Nam vt (inquit) apoſtolus. 1.ad coꝛ.9
Qui altario deſeruiunt: cum altario participentur.

¶ Quare diaconus per vnam partem aſcendit ad pul-

pitum: ⁊ per aliam partem deſcendit vbi docet qd diaco
nus cum ſilentio debet incedere nichil ferens preter co-
dicem euangeliorum. Capitulum.xxxvij.

PRecedit ergo diaconus cum ſilẽtio ni-
chil ferens preter codicem euangelij.
Luce.10. Preter illud qd dñs precepit in euãge
lio. Neminẽ ſalutaueritis: ⁊ nichil tu-
leritis in via. Subdiaconus nõ p vnã
viam: ⁊ diaconus per aliã aſcendit ad
pulpitum: quoniam ille docẽdo: et iſte
diſcendo precedit ad augmentũ ſcien-
tie. Uel quia miniſtrator p meritũ opis: ⁊ pdicator p me-
ritum oris pgredit in augmentum iuſticie. De quo dicit
Pſal.35. pſalmiſta. Juſticia tua ſicut montes dei: ſed p eãdẽ viam
reuertuntur ad preſulem: quia per finalem perſeuerantiã
Mat.10. ptingũt ad premiũ. Sicut dñs ait. Qui pſeuerauerit vſqʒ
in finẽ: hic ſaluus erit. Et qꝛ pdicatio nõ ſufficit ſine ope-
Actuũ.1. re. Cepit enim ieſus facere ⁊ docere. Idcirco p eandẽ viã
Diacon9 lectur9 euangelium ab vna parte pcedit: et ab altera regredit. reuertitur: per quã miniſtrator acceſſerat. Uel ideo diaco
nus q lecturus eſt ab vna parte pgredit: ⁊ ab altera par-
te regredit: qm apoſtoli prius pdicauere iudeis: et poſtea
pdicauere gentib9. Scdm qd inquiunt ad iudeos. Quia
repuliſtis verbum dei et indignos nos feciſtis: ecce con-
Actuũ.13. uertimur ad gentes.

¶ Quare verſus aquilonem legatur Euangelium: vbi
traditur qd Euãgelium pronunciari debet in alto: et qui
lecturus Euãgelium conſignet ſibi pectus/os/frontem/
et librum. Capitulum.xxxviij.

Quare diacon9 lecturus euãgeliũ aſcẽdit. DIaconus igitur in ambonem aſcẽdit: vt annunciet
euãgelium. Scdm illud ppheticum. Sup montem
excelſum aſcende tu qui euangelizas ſyon: exalta in forti-
Mat.10. tudine vocẽ tuã. Et dñs in euangelio. Quod dico vobis
in tenebris dicite in lumine: ⁊ qd in aure audiſtis pdicate
ſup tecta. Nam ⁊ ipſe dñs aſcẽdit in montẽ vt euãgelium
pdicaret: ⁊ aperiẽs os ſuũ docebat diſcipulos ſuos dicẽs.
Mat.5. Beati paupes ſpũ: qm ipoꝝ eſt regnũ celoꝝ ⁊c. Faciẽ aũt
ſuã verſus aquilonẽ apponit vt oſtẽdat pdicationẽ xpi cõ

M.E.C.D. 2016

tra eũ ſpecialiter dirigi:qui ait. Ponã ſedẽ meã ad aqui- Eſaie.14.
lonẽ:⁊ ero ſimilis altiſſimo. Nam et ſcd͂m ꝓphetam. Ab Hiere.1.
aquilone pandet̃ omne malũ:ſuꝑ habitatores terre. Ad-
uerſus ergo aquilonẽ euangeliũ legit̃:vt aquilo ſurgat ⁊
auſter veniat.i.vt diabolus fugiat:⁊ ſpũs ſanctꝰ accedat.
Unde diaconꝰ munit ſe ſignaculo crucis/ne diabolus q̇
bonis inſidiat̃ opibꝰ tollat ei deuotionẽ de corde/vel ſer
monẽ de ore. Sacerdos itaqꝫ vel diaconꝰ cũ lecturus eſt
euãgelium ſignare ſe debet in fronte/in ore pariter/et in
pectore:ac ſi dicat. Ego crucẽ xp̃i non erubeſco:ſed corde 1.ad Coꝝ.1
credo ꝙ ore predico. Predicamus (inq̇t) apoſtolus ieſum
xp̃m et hũc crucifixum. Judeis quidẽ ſcandalũ.gen.aũt
ſtul. Nos aũt gloriari oportet in cruce dñi noſtri ieſu xp̃i.
Et dñs (inq̇t) in euãgelio. Qui me erubuerit:⁊ meos ſer- Luce.9.
mones:hũc filius hoĩs erubeſcet cũ venerit in maieſtate
ſua:⁊ patris ⁊ ſanctoꝝ angeloꝝ. Debet etiã ſignare librũ
⁊ oſculari:quaſi dicat. Hic eſt liber crucifixi per quẽ recon
ciliationem accepimus.

## ¶ De Crucis myſterio ⁊ multiplici eiꝰ effectu. Ca.xxxix.

O q̃ ꝓfundũ eſt crucis myſteriũ q̃ arduũ eſt ſacramen- Nume.21.
tũ. Legit̃ eñ qḋ moyſes ad mãdatum dñi ſerpẽtem
eneum erexit ꝓ ſigno quẽ aſpicientes q̇ ꝑcuſſi fuerãt a ſer
pẽtibꝰ ſanabant̃. Quod xp̃s exponẽs in euãgelio (inq̇t). Joan.3.
Sicut moyſes exaltauit ſerpẽtem in deſerto:ita exaltari
opoꝛ.fi.ho.vt oĩs q̇ credit in ip̃m nõ ꝑeat:ſed ha.vi.eter-
nã. Legit̃ etiã qḋ ioſeph cũ applicuiſſet manaſſem et ef- Gene.4.
fraim ad iacob ſtatuens maiorẽ ad dexterã et minorẽ ad
ſiniſtrã:vt eis ſcd͂m ordinẽ bñdiceret iacob manus cõmu
tãs.i.in modũ crucis cãcellãs. Dexterã poſuit ſuꝑ caput
effraim minoris ⁊ ſiniſtrã ſuꝑ caput manaſſe maioris. Et
dicit. Angelꝰ q̇ eripuit me de cũctis malis:bñdicat pue- Ezechie.9
ris iſtis ⁊c. Ezechiel aũt audiuit dñm dicẽtẽ:⁊ ad viꝝ qui
erat indutꝰ lineis habẽtẽ attramẽtoriũ ſcriptoris in bñdi-
ctionibꝰ ſuis. Et dixit dñs ad eum. Trãſi per mediã ciui- De ſigno tahu.
tatẽ:⁊ ſigna tahu in frõtibꝰ viroꝝ gemẽtium ⁊ dolẽtium.
Poſt hec dixit ſeptẽ viris trãſite ꝑ mediã ciuitatẽ:⁊ ꝑcu-
tite oẽm hoĩem ſuꝑ quẽ nõ videbitis tahu. Nemini par-

Apoca.7. cet oculus veſter. Joannes quoq; vidit angelū dei aſcen-
dentem ab ortu ſolis habentem ſignum dei viui: ⁊ clama
uit voce magna quattuor angelis: quib⁹ datū eſt nocere
terre ⁊ mari dicens. Nolite nocere ter. et ma. neq; ar. quo
Exodi.12. ſig. ſ. d. n. in fron. e. Hinc eſt qđ cum dñs egyptiorū percu
teret primogenita domos hebreoꝝ abſq; leſione tranſcen
dens: eo qđ ſanguinē in ſuperliminari et in vtroq; poſte
Exodi.17. ſignatum vidiſſet. Itē moyſes dum manus tenebat extē
Exodi.15. ſas iſrael pugnās amalech ſuperabat. Item lignum miſ-
ſum in marach aquas dulcorauit amaras: ⁊ ad lignū miſ-
Lignūvite ſum in iordanē ferrū qđ inciderat enatauit. Hoc eſt lignū
vite in medio paradiſi. De quo ſapiēs proteſtat. Benedi
Pſal.92. ctum ſit lignum per qđ fit iuſticia. Quoniam regnauit a
ligno de⁹: etenim correxit orbem terre q̄ non cōmouebit.
Sapie.2. Qui dixerunt. Morte turpiſſima ꝯdēnemus eum: neſcie
Nota. runt ſacramentum dei/ neq; cōprehenderunt que ſit lati-
Crux. tudo longitudoq; ſublimitas et profunditas. Crux cū ſa-
nitatē reſtituit/ bñdictionē impēdit/ diſcernit a perfidis/
liberat a ꝑiculis/ hoſtes repellit/ victores conſtituit/ crux
miſterium fidei/ firmamentum ſpei/ clauis ſciētie/ forma
iuſticie/ magnificētia regum/ gloria ſacerdotum/ inopum
ſuſtētatio/ pauperum conſolatio/ dux cecoꝝ/ baculus clau
dorum/ ſpes deſperatorum/ reſurrectio mortuorum.

¶ Quomodo crucis ſignū ſit exprimendum. Capl'm. xl.

ESt autē ſignum crucis trib⁹ digitis exprimen
dū: quia ſub inuocatione trinitatis exprimit.
De qua dicit ꝓpheta. Quis appēdit trib⁹ di-
gitis molem terre. Itaq; a ſuperiori deſcēdat
inferius: et a dextera tranſeat in ſiniſtrā: quia xp̄s de celo
deſcendit in terrā: ⁊ a iudeis trāſiuit ad gentes. Quidam
tamen ſignum crucis a ſiniſtra ꝓducunt in dexterā: q; de
miſeria debem⁹ tranſire ad gloriā: ſicut chriſtus de morte
tranſiuit ad vitā: ⁊ de inferno ad paradiſum: preſertim vt
ſeipſos et alios vno eodē modo conſignent. Conſtat ergo
qđ cum ſup alios ſignum crucis īprimimus: ipſos aūt a ſi-
niſtra conſignamus in dexterā. Uerū ſi diligēter attēdat
etiam ſup alios ſignum crucis a dextera producim⁹ in ſi-

M.E.C.D. 2016

niſtram:quia non conſignamus eos quaſi veteres dor-
ſum:ſed quaſi faciem preſentantes.

¶De Salutatione que premittit̃ euãgelio. Capl'm.xlj.

Diacon⁹ vero iã in ambone ꝯſiſtẽs ſalutat populũ di
cens. Domin⁹ vobiſcum. Illud obſeruãs qđ domi-
nus iuſſerat. In quãcũq3 domum intraueritis:primũ di- Luce.10.
cite pax huic domui. Stans ergo populus qđ ante nõ fe-
cerat cum ep'la legeret̃ deuotus ⁊ attentus rñdit. Et cum
ſpũ tuo. Statimq3 diacon⁹ vt eos beniuolos reddat ⁊ do
ciles ſubdit. Sequentia ſcti euãgelij. Sed ipſi cum reuerẽ
tia ⁊ honore rñdẽt. Gloria tibi dñe. Glorificãtes dominũ
qui miſit eis verba ſalutis. Sicut in actib⁹ apoſtolorũ le-
git̃. Et glorificauerunt dominũ dicentes:ergo ⁊ gentib⁹
deus penitentiam dedit ad vitam.

¶De Preeminentia euangelij. Capitulum.xlij.

Sane ſicut caput preeminet corpori:et ei cetera mẽ-
bra ſubſeruiunt. Sic euãgelium toti ꝑcellit officio:⁊ Euangeliũ toti ꝑcellit officio.
ei cetere partes intellectuali ratione conſentiunt. Hoc eſt
verbum verbi/ſermo ſermonis/ſapientia ſapientie/ver-
bum verbi. Quod erat in principio apud deum. Omnia Joan.1.
per ipſum facta ſunt:⁊ ſine ipſo factum eſt nichil. Sermo Sapie.18.
ſermonis:qui venit a regalib⁹ ſedib⁹ in ſimulatũ portãs
imperium viuum et efficax et penetrabilior omni gladio
antipiti. Sapientia ſapientie:qui attingit a fine vſq3 ad Sapie.8.
finem fortiter:et diſponit omnia ſuauiter/paradiſus de-
liciarum/ortus aromatum/cella vinaria/cenaculum ma
gnum/menſa propoſitionis/quadriga aminadab/turris
dauid/gazophilatium templi/theſaurus patriſfamilias.
Hic eſt fons ortoꝝ/puteus aquarum viuentiũ que fluunt Canti.4.
impetu de libano. Quo circa diaconus corde purũ et ore
mundum/opere caſtum ſe ſtudeat exhibere:quatinus ſa- Studere dꝫ diacon⁹ ad ꝓferendum euangelium.
croſanctũ euangeliũ poſſit digne ꝓferre:q: puteus aqua-
rum viuentium.i.euangelica p̄dicatio nõ fluit impetu.i.
libere:niſi de libano.i.corde caſto et ore cãdido. Non eñ
eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Sed pctõri dixit deus. Eccle.15.
Quare tu enarras iuſticias meas: et aſſumis teſtamentũ Pſal.49.
meum ꝑ os tuum. Hic iam nõ loquit̃ moyſes qui ab he- Exodi.4.

M.E.C.D. 2016

ri ⁊ nudiuſtertius non fuit eloquens:ſed etiã impeditoris lingue et tardioris factus eſt:ex quo dominũ ſibi loquen-
Eſaie.6. tẽ audiuit. Hic nõ loquitur Eſaias qui de ſe dicit. Ue mi chi quia tacui:quia vir labijs pollutus ego ſum. Sed hic
Hebre.1. loquitur pater in filio quem cõſtituit heredem vniuerſorum per quem fecit et ſecula.

Quare poſt euãgelium liber et thuribulum ad epiſcopum reportatur. Capitulum.xliij.

Euangelio per lecto liber et thuribulum ad pontificem reportãtur:qm̃ ad eũ oĩa bona ſunt referenda a quo cũcta ꝓcedũt. Unde multi pſalmoꝝ intitulanť in fine p ſalmi dauid:quia xp̄s eſt ſuus ꝯſummans. Alpha et
Apoca.1. oo primus ⁊ nouiſſimus:initium ⁊ finis. Epiſcopus vero thus odorat et codicem oſculať:quia xp̄s ꝗ inſpirauit ⁊ docuit. Hic approbat ⁊ acceptat. Deus aũt nichil accipit niſi qđ efficit/nec remunerat niſi qđ donat ſicut cuncta:quia ſicut cũcta que facit ſunt bona:ſic nulla ſunt bo-
Gene.1. na niſi que facit. Nam vidit de⁹ cuncta que fecerat:⁊ erãt valde bona.

De Symbolo qđ poſt euangelium decantatur vbi traditur qui et quot fuerunt eius auctores:et quis illũ conſtituit ad miſſam decantari. Capitulum.xliiij.

Ad ro.10. Quia corde creditur ad iuſticiam/ore aũt cõfeſſio fit ad ſalutẽ:vt oſtendat eccleſia qđ euãgelij verbũ corde crediť ⁊ recipit:mox fidei ſymbolũ ore decantat. Quod cũ ep̄s incipit vt ſignificet qđ
Jacobi.1. omne bonũ a xp̄o ꝓcedit. Nam omne datũ optimum:et omne donũ ꝑfectum de ſurſum eſt deſcendens a patre luminum. Quo circa ne muſicus ille celeſtis diceret. Cantauim⁹ vobis ⁊ non ſaltaſtis chorus catholicus euangelice doctrine conſona voce reſpondit:et ſolẽni tripudio fi-
Symbolũ q̄d ſonat. dem catholicã confitetur. Symbolũ autẽ grece latine ſonat iudicium vel collatio:tum quia regulã fidei plenam indicat et ꝑfectã:tum quia ſimul in vnũ cõtinet articulos fidei. Tradiť enim poſtq̄ apl̄i ſpm̄ paraclitũ acceperunt cũ iã forẽt ad p̄dicãdũ euãgeliũ ꝓfecturi. Conferentes in vnũ ſuꝑ duodecim articulis fidei ſtatuerũt. Ut ſicut oẽs

M.E.C.D. 2016

erant in vna fide concordes: ſic omnes vnã fidem concorditer predicarent: et ideo ſymbolũ cõponẽtes vnuſquiſq; bolum. i. particulã appoſuit. Unde ſcõm apl'oꝝ catholo-gum duodecim particulas dinoſcit ptinere. Symbolum ergo poſt euãgelium pdicationẽ poſt finẽ oſtendit. Unde Joannes. Hec eo loquẽte multi crediderũt in eũ. Nam ꝛ ſcõm apl'm. Fides eſt ex auditu: auditus aũt p verbũ dei Damaſius papa cõſtituit vt ſymbolus cantet ad miſſam ex decreto ſancte vniuerſalis ſynodi apud conſtantinopoli celebrate. Roꝫ. 10.

¶ De Duodecim partib9 vtriuſq; Symboli: tam apoſtolici q̃ conſtantinopolitani. Capitulum. xlv.

PEtrus dixit. Credo in deũ patrẽ oipotentẽ creatorẽ celi et terre. Andreas. Et in ieſum xp̄m filiũ eius vnicũ dñm noſtrũ. Jacobus. Qui cõceptus eſt de ſpũ ſctõ: natus ex maria virgine. Joannes. Paſſus ſub poncio pylato / crucifixus / mortuus / ꝛ ſepult9 Philippus. Deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit a mortuis. Bartholome9. Aſcẽdit ad celos: ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Thomas. Jnde venturus iudicare viuos ꝛ mortuos. Matheus. Credo in ſpm̃ ſctm̃ Jacobus. Sanctam eccleſiam catholicam ſanctoꝝ cõmunionem. Symon. Remiſſionem peccatorum. Thadeus. Carnis reſurrectionẽ. Mathias. Uitam eternam Amẽ.

¶ Conſtantinopolitanum duodecim particulas dinoſcitur continere. Prima. Credo in vnũ deum. Secunda. Et in vnũ dñm ieſum xp̄m. Tertia. Qui ꝓpter nos homies. Quarta. Crucifixus etiã ꝓ nobis. Quinta. Et reſurrexit tertia die. Sexta. Et aſcẽdit in celũ. Septima. Et iterum vẽturus eſt cũ gloria iudicare viuos ꝛ mortuos. Octaua. Et in ſpm̃ ſctm̃. Nona. Et in vnã ſctãm catholicã eccleſiã Decima. Confiteor vnũ baptiſma. Undecima. Et expecto reſurrectionẽ mortuorũ. Duodecima. Et vitam venturi ſeculi Amen. ¶ Jſti ſunt duodecim panes q̃ recẽtes ꝛ calidi ſup menſam propoſitionis corã dño ponebantur. Hec ſunt dona que principes tribuunt in cõſecratione altaris duodecim obtulere diebus. Duodenarius enim nu- Symbolũ ꝯſtantinopolitanũ. Leuiti. 24 Num.

g

BIBLIOTECA DE GIRONELLA
M.E.C.D. 2016

Numerus duodena- r i⁹ mlťiplr ſacratus.

merus multipliciter eſt ſacratus. In.xij.apľis.xij.ꝓphe- tis.xij.patriarchis.xij.exploratorib⁹.xij.principib⁹.xij. tribub⁹. In.xij.fontib⁹.xij.lapidib⁹.et.xij.ſedib⁹.xij.ho ris.et.xij.annis.xij.menſib⁹. In.xij.ſignis.xij.ſtellis.et xij.gemmis. In.xij.portis.xij.angelis.et.xij.fundamē- tis. In.xij.cubitis. In.xij.cophinis. In.xij.acetabulis. In.xij.virgis.xij.mortariolis: et in.xij.bubus.xij.len- ticulis.xij.arietibus. ¶ Eſt aūt numerus ſuperabūdans cōſtās ex duob⁹ ſenarijs ſignificātib⁹ ꝑfectionē cogitatio nis ⁊ opis: ſiue mentis ⁊ corporis externario multiplica- to ꝑ quaternariū: ⁊ quaternario ꝑ ternariū ſignificātibus fidē indiuidue trinitatis et quattuor euāgeliſtarū doctri- nam ſiue tres virtutes catholicas et quattuor politicas. Hic numerus ex ſuis partib⁹ aggregatis creſcit in ſex de- nariū qui cōſtat ex ſenario ⁊ denario mandatorum execu- tionē ſignificans: quia decē ſunt legis mādata que in ſex diebus exequūtur excreſcētes in charitatis ꝑfectionem: que ſcđm apoſtolum.xv.proprietates habere dinoſcitur.

Xv.ꝓpheta tes chari- tatis. I.ad cor.13

Charitas (inquit) patiens eſt/benigna eſt/nō emulať/nō agit ꝑperā/nō inflať/nō eſt ambitioſa/non querit que ſua ſunt/nō imitať/non cogitat malū/non gaudet ſuper ini- quitate/congaudet aūt veritati. Omnia ſuffert/oīa ſpe- rat/omnia ſuſtinet/cāaritas nūq̄ excidit.

¶ Quibus diebus Symbolum ſit dicendum: quibus ⁊ vbi Symbolum ſit cantandum. Capitulum.xlvj.

Quib⁹ die- bus ſymbo lū in miſſa cātādū eſt.

Symbolum aūt in illis tm̄ ſolēnitatib⁹ cantari debet ad miſſam quib⁹ aliqua fit mētio in ſymbolo: vide- licet in oīb⁹ dieb⁹ dñicis natalis dñi/epyphania dñi/ce- na dñi/paſcha/aſcenſione/penthecoſte/omnib⁹ feſtiuita- tib⁹ beate virginis marie/ſancte crucis/angelorum/apo ſtolorum/dedicationibus eccleſiarum/⁊ cōmemoratione omnium ſanctorum q̄q̄ ⁊ ipa ſit dedicationis feſtiuitas.

Quare die innocentiū cantica le- ticie ſubti- centur.

Infra octa.natalis dñi: ⁊ ipa die innocētiū in qua canti- ca leticie ſubticentur: tū quia vox in rama audita eſt ⁊c. tū quia innocentes deſcēderunt ad inferos: tū etiā quia non loquendo ſed moriēdo cōfeſſi ſunt. In octaua tamen can- tať ꝓpter reſurrectionis gloriā quā octaua ſignificat. In

M.E.C.D. 2016

octa.epiphanie/paſche/aſcenſionis/penthecoſte/apoſto-
loꝛum petri et pauli/et aſſumptionis beate marie. Unde
licet in natiuitate ſancti Joannis baptiſte et feſtiuitate
ſancti Laurentij ſymbolū non cantet᷑. In octa.tñ eoꝛum
cantat᷑ eo qđ infra octa.apoſtoloꝛum ⁊ aſſumptionis eue-
niāt:et ob hoc in octa.ſancti Joannis pꝛefatio de apoſto-
lis. In octa.ſancti laurētij de aſſumptione cantatur. Ho-
rum omnium cōmemoꝛatio fit in ſymbolo:quoꝛūdam tñ
obſtare vt epyphanie que eſt feſtum baptiſmatis.de quo
cantat᷑ in ſymbolo. Confiteoꝛ vnū baptiſma. Cene domi
ni que eſt feſtiuitas euchariſtie:ad quē reſpicit illud qđ in
ſymbolo decantat᷑. Sanctoꝝ cōmunionē. Angeloꝝ ꝗ no-
mine celi dicūtur intelligi:cum in ſymbolo dicit᷑. Creato
rem celi ⁊ terre. Scđm illud in pꝛincipio creauit deus ce-
lum ⁊ terrā.i.naturā angelicā ⁊ humanā. Quibuſdam tñ
videt᷑ in feſtiuitatibꝰ angeloꝝ nō eſſe decantandū ſymbo
lū:eo qđ angeli nūq̄ fidē habuerunt:ſed ſunt ſpūs agno-
ſcentes nō credentes. Dedicatiōis eccleſiaꝝ:ad quē reſpi
cit illud. Sanctā eccleſiā catholicā. Tunc eñ (vt ita dicā)
ſanctificat᷑ ⁊ catholicat᷑ cum dedicat᷑ ad octa.reſpicit Re-
ſurrectio moꝛtuoꝝ. In feſtū tñ Agnetis ſcđo/ſymbolū nō
cantat᷑:qꝛ licet celebꝛet᷑ in octaua/non tñ eſt feſtū octaue.
Unde nec in kalendario ſcribit᷑/nec in eccleſia ꝓnunciat᷑
octaua. Quidā nō abſurde ſingulis diebꝰ paſchalibus:ſi-
cut oībꝰ dñicis ſymbolū cantāt a die reſurrectionis vſqȝ
ad feſtū aſcēſionis. Quidā etiā ſymbolū dicūt in feſtiuita
te beate marie magdalene dicētes illā apłoꝝ copulam ꝓ
eo qđ ipſa reſurrectiōis gaudiū apłis nunciauit. De qui-
buſdā tñ mentio fit in ſymbolo in quoꝝ cōmemoꝛatione
ſymbolum nō cantat᷑. Ut paſſionis ⁊ ſepulture:qm̄ illoꝝ
dierum officium/alioꝛum officioꝛum regulā nō ſectatur.

¶ Quibus ⁊ vbi Symbolū ſit cantādum. Capłm.xlvij.

Quia vero xp̄s nō venit p̄dicare gentibꝰ ſed iu
deis. Juxta qđ ipſe dicit in euāgelio. Nō ſum Mat.15.
miſſus niſi ad.o.q.p.d.iſrael. Unde pꝛecepit
apoſtolis. In viā gētium ne abieritis:⁊ in ci- Mat.10.
uitate ſamaritanoꝛum ne intraueritis:donec poſt reſurre-

Luce vltio ctionem precepit eiſdem. Euntes in mūdum vniuerſum predicate euangeliū omni creature. Idcirco romano pontifice ſolēniter celebrante ſymbolum fidei non cantores in choro/ſed ſubdiaconi ad altare decantant: et ibi generaliter ad vniuerſa reſpondent vſq; dum dicit Pax domini ſit ſemꝑ vobiſcum: quoniā vſq; poſt domini reſurrectionem ſola iudeorum eccleſia que ꝑ ſubdiacones deſignatur: qui ſurſum ad altare conſiſtūt/corde credidit ad iuſticiam/ꝛ ore confeſſa eſt ad ſalutem. Sed ꝛ tunc cantores in choro rñdent ꝛ vniuerſa decantant: quia poſt reſurrectionē eccleſia gētium quā cantores deſignant q̄ deorſum in choro ſubſiſtunt fidem chriſti receperūt et laudū preconia ſaluatori ꝑſoluit. Inter euangelium tamen ꝛ ſacrificium chorus concinit offertoriū: quoniā inter predicationem et paſſionem gentilitas fidei votum offerēs decantauerūt. Quoniā mulier cātica de finibus tyri egreſſa et ſydonis:
Mat.15. clamauit et dixit. Miſerere mei domine fili dauid: Filia mea male a demonibus vexatur. Cuius tamen fidē dominus conſiderās ait. O mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis.

¶ De Offertorio: vbi tradiẗ quare poſt euangelium cantatur Symbolum: et quare poſt Symbolum cantatur offertorium.

Capitulum.xlviij.

Dicturus ſacerdos oremus: premittit Dominꝰ vobiſcum: quia niſi dominus ſit nobiſcū ad ſalutem noſtram orare nō poſſumus: ſtatim aūt cantatur offertorium trahens nomen ab offendo: quia dum offertorium cantatur ſacerdos accipit obla-
2.ad cori.9 tiōes a populis/vel hoſtias a miniſtris. Hylarē enim datorē diligit deus. Ordo cōueniēs ſequitur fides in corde/laus in ore/fructus in ope/fides in ſymbolo/laus in offertorio/fructus in ſacrificio. Quapropter offerenda canta-
Pſal.26. tur: quia ſacrificium laudis offertur. Unde pſalmiſta. Circuibo et immolabo in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis cantabo et pſalmum dicā dño. Et in Paralipo-
Capi.15. menon. Cum offerent holocauſta ceperunt canere laudes dño: et in diuerſis organis q̄ dauid cōparerat cōcrepare.

M.E.C.D. 2016

¶ De Silentio poſt offertorium. Capitulum.xlix.

POſt hec ſacerdos ſilentij ſolitudinē expectat inſtante
memoria dñice paſſiōis. Illud inſinuās qḋ ieſus nō
palā ambulabat apud iudeos cū cogitarent eū interfice-
re: ſed abijt in regionem iuxta deſertum. In ciuitate que
dicit̃ effrem: et ibi morabat̃ cum diſcipulis ſuis. College- Joan.11.
runt ergo pontifices ꝛ phariſei cōſilium: ꝛ dicebāt. Quid
facimus: quia hic homo multa ſigna facit. Si dimittimꝰ
eum ſic omnes credent in eum: ꝛ ne.f.v.r.ꝛ.t.n.l.ꝛ gentē.
Unus aūt ex ipſis cū eſſet pontifex anni illius ꝓphetauit
dicens. Uos neſcitis q̄cq̄ nec cogitatis: quia expedit vo
bis vt vnus moriatur homo pro populo: ꝛ non tota gens
pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eū.
Silentium ergo ſacerdotis latibulum xp̄i ſignificat.

¶ De Ablutione manuū anteq̃ ſacrificiū offerat̃. Ca.l.

NOtandum vero ꝙ cum ſacerdos dixiſſet ore-
mus/non ſtatim ſubiunxit orationem: ſed an-
teq̃ ad altare procedat manus abluit: quatinꝰ
lotis manibus oblationem accipiat incenſum
offerat: ꝛ oratione effundat. Scriptū eſt em̄ in Exodo. Fa- Capi.30.
cies labrū ad lauādum: poneſq̃ illud in tabernaculo teſti
monij. Ad altare et miſſa aqua lauabunt in eo aaron ꝛ fi-
lij eius manus ſuas et pedes qñ ingreſſuri ſunt ad taber-
naculum teſtimonij ꝛ qñ acceſſuri ſunt ad altare. Cum er
go iam manꝰ ſuas lauaſſet ep̄s ingreſſurus ad tabernacu
lum: nunc iterū manꝰ abluit cum acceſſurus eſt ad altare
vt magis mundus offerat hoſtiā immaculatā ſanctā deo
placētē. Unde pſalmiſta. Cum eſſet mūdus petebat am- Pſal.50.
plꝰ mundari. Amplius (inq̄t) laua me ab iniq̄tate mea: ꝛ
a pctō meo munda me. Sacerdos igit̃ hoſtiā oblaturꝰ de-
bet lauare ꝯſcientiā lachrymis penitētie. Scd̄m illud. La Pſal.6.
uabo ꝑ ſingulas noctes lectū meū: lachrymis meis ſtra-
tū meū rigabo. Nam a xp̄s anteq̃ vex et vnicū ſacrificiū
in ara crucis offerret. In reſurrectione lazari: lachrymas
miseratꝰ effudit euāgeliſta teſtāte. Jeſus (inq̄t) infremuit: Joan.11.
ꝛ turbauit ſemetipſum ꝛ lachrymatus eſt.

¶ De Corporalibus: vbi docetur cur vna pars exten-



M.E.C.D. 2016

datur et altera complicetur. Capitulum.lj.

Interim aūt diacon⁹ corporales pallas ſup altare diſponit que ſignificāt lintheamina quibus inuolutū fuit corp⁹ ieſu. Pars aūt illa que plicata ponit̄ ſup calicem ſignificat ſudarium quod fuit ſup caput ieſu ſeparatim īuolutū in vnū locū: de his ita cautū reperit̄ in canone. Conſulto oīm ſtatuimus vt ſacrificiū altaris nō in ſerico pāno/aut in tincto quiſq̄ celebrare p̄ſumat: ſed in puro lintheo ab epō ꝯſecrato/ter reno.ſ.lino/procreato atq̄ cōtexto. Sicut corp⁹ dn̄i noſtri ieſu xp̄i in ſyndone mūda linea ſepultū fuit: pōt tñ in id et aliud figurari. Duplex eſt em̄ palla que dicit̄ corporalis. Una quā diacon⁹ ſup altare totā extendit: altera quā ſup calicē plicatā apponit. Pars extēta ſignificat fidē. Pars plicata ſignificat intellectū. Hoc em̄ myſterium credi debet: ſed cōprehēdi nō valet vt fides habeat meritū cui humana ratio nō p̄bet experimētū. Credam⁹ ergo de corde pu

Pſal.63. ro/⁊ ꝯſcia bona/⁊ fide nō ficta/ſed nō p̄ſumamus diſcute

Prouer.25 re: q̄r defecerūt ſcrutātes ſcrutinio. Scriptū eſt em̄. Per

Joan.6. ſcrutator maieſtatis opprimit̄ a gl̄ia: nā q̄ dixerunt durus eſt hic ſermo: et quis poteſt illud audire? Abierunt: ⁊ iam non ambulabant cum chriſto.

¶ De Oblatis et incēſo: vbi docetur quare ſacerdos tertio ſuperducit et circūducit incenſum: et quare totum vndiq̄ incenſat altare. Capitulum.lij.

Nunc ſurgēs ſacerdos ab altari procedit. Ubi miſti

Capi.12. cam oblatiōem accipit. Illud inſinuās qḋ Joānes euāgeliſta deſcribit. Jeſus (inq̄t) ante ſex dies paſche venit bethaniā vbi fuerat lazarus mortuus. Quē ſuſcitauit ieſus et fecerunt ei cenā ibi: et martha miniſtrabat. Oblatione ſuſcepta ſtatim adoletur incēſum. Per qḋ illud munitur qḋ ſtatim ab euāgeliſta ſubſequitur. Maria ergo accepit librā vnguenti nardi piſtici p̄cioſi: ⁊ vnxit pedes ieſu et do.imple.ex.o.vnguenti. Quod autem ſacerdos ſuperducit et circūducit incēſum circa corpus ieſu deſignat qḋ maria ter exhibuit ⁊ adhibuit vnguentum circa corp⁹

Mar.14. ieſu. Primo cum vnxit pedes ipſius in domo Symonis

M.E.C.D. 2016

phariſei. Secundo cū in domo Symonis leproſi ſuper ca Luce.7.
put eius vnguētū effudit. Tertio cū emit aromata: vt ve- Luce.24.
niēs vngeret corpꝰ ieſu iā poſitum in ſepulchro. Volūtas
eīn reputat̄ ꝓ facto: cum ⁊ ꝑ ipam non ſteterit quominus
īpleuerit qđ īcepit. Quod vndiqꝫ totū incēſat̄ altare: de-
ſignat qđ factum illud vndiqꝫ totam reſperſit eccleſiam.
Sicut dominꝰ ipē teſtat̄. Amē dico vobis vbicūqꝫ p̄dica Mar.14.
tū fuerit hoc euāgeliū in toto mundo fecit hec narrabitur
in memoria eius. Moraliter aūt incēſum deuotiōis ado-
lēdum eſt in thuribulo cordis igne charitatis: vt odorem
ſuauitatis emittat: de dicta ſcriptura. Fungi ſacerdotio ⁊ Eccli.45.
habere laudem in nomine eius: ⁊ offe. incen. dignū. in odo
rem ſuauitatis. Hoc enim incenſum. i. xp̄s acceptat: ⁊ in-
cenſat ex eo ſacrificium ⁊ altare.

¶ De Modo et ordine ſacrificiū offerendi: vbi agitur de aqua que miſcetur vino in calice: oſtēditur etiā cur ſignat vniuerſa que accipit. Capitulum.liij.

VErum libet adhuc myſterium oblationis ple-
nius explicare. Subdiaconꝰ eīn calicē p̄parat/
panē ⁊ vinū in illo diſponēs: qꝛ nimirū lex que
ꝑ ſubdiaconū hic cōgrue deſignat̄ huius obla-
tionis myſteriū deſignat. Docēs qđ melchiſedech rex ſa- Gene.14.
lem ꝓtulit panem ⁊ vinū. Erat eīn ſacerdos altiſſimi: qđ
exponēs ꝓpheta dicit ad xp̄m. Tu es ſacerdos in eternū: Pſal.19.
ſcđm ordinē melchiſedech. Diaconꝰ aūt calicem p̄paratū
ſuſcipiēs in altari cōponit. Qm̄ euāgelium cuiꝰ eſt figura
diaconꝰ huiꝰ ſacrificij ritū cōmēdauit eccleſie quā ꝑ alta-
re diximꝰ ſignificari. Prius tn̄ diaconꝰ patenā cū hoſtia
tradit ep̄o quā ep̄s ipſe ſup altare diſponit inſinuans qđ
ipſemet xp̄s hoc ſacrificiū inſtituit: ⁊ eccleſie tradidit cele
brādum. Hoc eſt (inqt) corpus meum qđ ꝓ vobis tradet̄. Mar.22.
Hoc facite in meā cōmemoratiōnē. Epiſcopꝰ aquā vino
cōmiſcet in calice: qꝛ xp̄s eccleſiā ſibi recōciliauit in mor-
te. Scriptum eſt enim qđ aque multe ſunt populi multi:
xp̄s autē ſanguinē ſuum fudit ꝓ populo. Sicut ipē teſtat̄
Hic eſt ſanguis q̄ ꝓ multis effundet̄ in remiſſionem oīm Mat.26.
pctōꝝ: ⁊ de latere xp̄i exiuit ſanguis ⁊ aqua in remiſſione

M.E.C.D. 2016

oīm pctōꝝ: quatinꝰ nec xp̄s ſit ſine populo: nec populus ſine xp̄o: quia cū aqua vino miſcetur xp̄o populus adunatur. Uerum hoc quoq; myſterium lex moſayca figurauit.
1. ad cor. 10 Sicut exponit ap̄ls dicēs. Bibebāt aūt de ſpeciali conſequēti eos petra: petra aūt erat xp̄s. Quapropter ampullā cum aqua tradit ſubiaconus epiſcopo quā epiſcopus fundit in calicem: vt ſicut aqua non ſeparat̄ a vino: ſic populus nunq̄ ſeparat̄ a xp̄o. Calix ponit̄ ad dexteram partis oblate: q2 dn̄i ſanguinē ſuſceptur9 q̄ de latere dn̄i dextro credit̄ pfluxiſſe. Nam ſicut panis in corpus ita pfecto vinū trāſſubſtātiabat̄ in ſanguinē. Porro cū ſacerdos accipit patenā ⁊ vrceolū calicē ⁊ thuribulum patenā cum hoſtia/ vrceolū cū aqua/ calicē cū vino/ thuribulū cū incēſo. Efficit cū ea crucis ſignaculū vt p crucis virtutē oīs conatꝰ diabolice malignitatis effugiat: ne ꝯtra ſacerdotem vel aliquo modo preualeat. Ob hoc etiā in modū crucis ſuperducit et circūducit incenſum et ſacrificium et altare: quatinus et crucis ſignaculo et thuris incenſo diabolice fraudis malignitas extricetur: ſicut preſcripſimus et oſtendimus ad vtrūq; valere.

¶ De Patena ſup quā panis ſacrificiū offert̄: vbi docet̄ quare poſt ſuſceptā oblatā ſacerdos abſcōdit ſub corporali patenā: vel ab altari remota ſubdiacono redditur conſeruāda: donec ipa hora fractiōis ab eo reſumat̄. Ca. liiij.

Patena quid deſignat.

Mat. 26.

PAtena que dicit̄ a patēdo: cor latum ⁊ amplū ſignificat ſup hanc patenā .i. ſuper latitudinē charitatis ſacrificiū iuſticie debet offerri vt holocauſtum aīe pingue fiat. Hāc cordis latitudinē habebāt apl̄i cū petrꝰ dicebat. Et ſi oportuerit me mori tecum non te negabo. Similiter ⁊ oēs diſcipuli dixerūt: propter qđ dn̄s ītulit dicēs. Spūs q̄dē promptꝰ eſt: caro aūt īfirma. Sed latitudo cordis ab eis aufugit et latuit cum oēs diſcipuli relicto magiſtro fugerunt et latuerunt ſicut eis ipſe p̄dixerat. Et ideo poſt ſuſceptā oblatam ſacerdos abſcondit ſub corporali patenam: vel ab altari remotam

M.E.C.D. 2016

ſubdiaconus retro continet obuolutā. Per qđ diſcipulo rū fuga vel latibulū deſignaṫ. Qui cum verū ſacrificium offerreṫ relicto xp̄o fugerunt ⁊ latuerūt: ſicut eis ip̄e p̄dixe rat. Omnes vos ſcandalū patiemini in me in iſta nocte. Mat.26.
Scriptū eſt em̄. Percutiam paſtorē: ⁊ diſpgenṫ oues gre gis. Poſtq̄ aūt reſurrexero p̄cedā vos in galileā. Et ideo ſacerdos dn̄ice reſurrectiōis annūciaturus eulogiū reſu mit patenā: q: cum eſſet ſero die illa vna ſabbatoꝝ ⁊ fores eſſent clauſe vbi erāt diſcipuli cōgregati ꝓpter metum iu deorum. Stetit ieſus in me. d. ſ. ⁊. d. eis. Pax vobis: reſu mens oues que trepidantes aufugerant. Ibidem. Joan.20.

¶ De Sacerdotis inclinatione. Capitulum.lv.

TUnc ſacerdos ſe inclinās ait. Primum pro ſe: deinde ꝓ populo. Monens vt ⁊ populus oret ꝓ ip̄o. Orate (inq̄t) ꝓ me fratres. Unde debe mus enim orare ꝓ inuicē ſcđm ap̄lm vt ſalue mur. Nam ⁊ dn̄s (inq̄t) in euāgelio. Amen dico vobis: q: ſi duo vel tres ꝯſenſerint ſup terrā de omnni re quācūq̄ petierint fiet illis a patre meo q̄ eſt in celis. Orauit aūt ⁊ xp̄s. Primū ꝓ ſe. Pater venit hora cla. fi. t. vt fili⁹ tu⁹. c. te. Deinde ꝓ populo dicēs. Pater ſancte ſerua eos quos dediſti michi vt ſint vnum ſicut ⁊ nos. Per hoc aūt qđ ſa cerdos ſe iclinat humiliationē xp̄i ſignificat: qui exinani uit ſemetip̄m for. ſer. acci. factus obe. vſq̄ ad mortē: mor. aūt crucis. Nunc tādē ſacerdos dicit orationē quā itermi ſit: q: tunc demū xp̄s rediȷt hieroſolymā ad domū oratio nis quā ad tēp⁹ reſeruauerat cū ſeceſſerat in effrē. Hic em̄ habeṫ in euāgelio. Cum veniſſet hieroſolymā ieſus itra uit in tēplū dei: ⁊ eiecit vendētes ⁊ emētes de tēplo dicēs Domus mea domus orationis vocabitur. Joan.16. Joan.17. Ibidem. Phil.2. Luce..

¶ De Prefatione: vbi agiṫ de hymno partim angelico partim humano: tradiṫ etiā quis hymnū decantari cōſti tuit: quiſve prefationes dictauit. Capitulum.lvj.

TUia nō iā iterū in palā ambulabat ieſus: ita qđ in craſtinū turba multa que conuenerat ad diem feſtum cum audiſſent: quia venit ieſus hieroſoly mā acceperunt ramos palmaꝝ: ⁊ obuiā proceſſe Joan.12.



M.E.C.D. 2016

runt xp̄o clamātes. Oſanna: benedictus qui venit in no-
mine dn̄i rex iſrael. Leuatꝰ iteꝝ vocē ſacerdos dicēdo pa-
lā. Per oīa ſecl'a ſcloꝝ finis oratiōis eſt initiū p̄fationis.
Per qd̄ ſacerdos inſinuat qd̄ xp̄s eſt lapis angularis q̄ fe-
cit vtraqꝫ vnū. Judeos cōtinēs ⁊ gētiles vt ſit vnum oui-
le et vnus paſtor. Unde poſt laudem iudeoꝝ euangeliſta
Joan.12. deſcribit fidē gētiū. Erant (inq̄t) quidā gentiles ex his q̄
aſcēderāt vt orarēt in die feſto. Hi rogauerūt philippum
dicētes. Domīe volumꝰ ieſum videre. Dicturꝰ aūt ſacer-
dos rē attētione digniſſimā ſalutationē p̄mittit. Rogās ⁊
optās nos tales exiſtere cum qbꝰ dn̄s dignet̄ manere: et
Luce.7. illud vobiſcum celebrare cōuiuiū. Ad qd̄ conuiuium mu-
lier illa attulit alabauſtrū vnguenti nardi piſtici precioſi:
⁊ effudit ſup caput ieſu recūbentis. Unde ſtatim ſacerdos
adiungit. Surſum corda. Habemꝰ ad dn̄m. Choruſqꝫ re-
ſpondet. Ut eccleſia ſicut mulier vnguentaria ſurſum ad
ip̄m verbū diuinū cor eleuet: ⁊ illud caput equale deo pa-
tri fide ꝯtingens vnguēto catholice ꝯfeſſionis perungat.
Cuius ſane p̄coniū ſacerdos ꝓſequit̄ dicēs. Gratias aga-
mus dn̄o deo noſtro. Choruſqꝫ rn̄det. Dignū ⁊ iuſtum eſt.
Gratias eīn oīpotenti deo debemꝰ referre Per xp̄m dn̄m
noſtrum/credentes/ꝯfitentes/qd̄ ꝑ ip̄m maieſtatem eius
laudāt angeli/adorāt dn̄atiōes/tremūt poteſtates ⁊c. Mi-
mirꝝ hoc diuinitatis archanū cōtingere p̄cipuū eſt ſup ca-
put eiꝰ vnguētū effundere: qd̄ ex euāgelici pigmenti me-
dulla Joānes euāgeliſta ꝯfecit. In pricipio erat verbū: ⁊
verbū erat apud deū: ⁊ deꝰ erat verbū. Hoc erat in princi-
pio apud deū. Omnia ꝑ ip̄m facta ſunt: ⁊ ſine ip̄o factum
eſt nichil. Hoc ſacre ꝯfeſſiōis p̄coniū/ita recte ꝯcludit ec-
cleſia: vt cū angelis ⁊ hoībꝰ decantēt/hunc deuoti pecto-
ris hymnū. Sanctꝰ. Sanctꝰ. Sanctꝰ. ⁊c. Hymnꝰ iſte par-
tim angeloꝝ: partim hoīm verba cōplectit̄. Legit̄ eīn in
Capl.6. Eſaia: qd̄ ſeraphin clamabant alter ad alteꝝ: ⁊ dicebant.
Sanctꝰ. Sanctꝰ. Sanctꝰ dn̄s deus exercituum: plena eſt
oīs terra gloria eiꝰ. Legit̄ quoqꝫ in euāgelio: qd̄ q̄ p̄ibant
Mat.21. ⁊ q̄ ſeq̄bant̄ clamabāt. Oſanna filio dauid: benedictus q̄
venit in noīe dn̄i. Oſanna in altiſſimis. Uox angeloꝝ tri

Nota ꝙ Dominus vobiſcū ab ātiquo vſu aſſūptū eſt vt pꝫ ruth 2. et. 2. Paralipo.15.

Nota ꝙ ſacerdos primo addit auditores beniuolos et attētos cū dic̄ Dn̄s vobiſcum deuotos cum dicit Surſū corda.

M.E.C.D. 2016

nitatis ꝛ vnitatis: in dn̄o cōmendat archanū. Uox hoīm
diuinitatis ꝛ humanitatis: in xp̄o ꝑſonat ſacramētū. Po
teſt tn̄ ꝑfatiōis officiū ad illud referri: qđ ieſus aſcendit in
cenaculū magnū ſtratū. Scđm qđ Joānes euāgeliſta de- Capi.18.
ſcribit. Uſq; egreſſus eſſet trās torrētem cedron. De quo
dicit Matheus. Et hymno dicto exierūt in mōtē oliueti. Capi.26.
Gelaſius papa tract⁹ ꝛ hymnos cōpoſuit: ꝛ ſacramentoꝝ Gelaſius
ꝑfatiōes cauto q̄dē ꝛ limato ſerone dictauit. Sixtus etiā tract⁹ hym
hymnus Sanctus. Sanctus. Sanct⁹. cantari conſtituit. nos prefa tiones cō poſuit.

¶ De Prefationis expoſitiōe: vbi querit̄ ꝛ oſtēdit̄ quare cū nouem ſunt ordines angeloꝝ: tres tamen ponuntur ex illis. Capitulum.lvij. Sixt⁹ ſanctus ſctūs cantari cōſtituit.

Monet ſacerdos vt ſurſum corda habeamus ad dn̄m.
Scđm exhortationē apl̄i dicentis. Que ſurſum ſunt Coloce.3.
ſapite: nō que ſup terrā. Nam vbi eſt theſaur⁹ tu⁹: vbi eſt Mat.6.
ꝛ cor tuū. Multi q̄ppe dū ore loquunt̄ celeſtia/corde me- Eſaie.29.
ditant̄ terrena. Quib⁹ dn̄s iꝓperat ꝑ ꝓphetā. Popul⁹
hic labijs me honorat: cor aūt eoꝝ lōge eſt a me. In qua-
libet igit̄ oratione pct̄m eſt: ſed in iſta ꝑiculū eſt cor habe-
re ab ore diuiſum. Uel os habere diuiſum a corde. Nā q̄
ſemetipm̄ nō audit: nec illū de⁹ exaudit. Chor⁹ ergo rn̄dēs
ꝓfitet̄ ſe ſacerdotis monita ſuſcepiſſe cū ait. Habem⁹ ad
dn̄m. Diligēter ergo ꝓuideat ne cor habēs ſeorſum ad ſe-
culum: ſpūi ſctō dānabiliter mētiat̄. Sacerdos aūt poſtq̄ Hic hortatur ad gratias agendum.
attētos reddidit ꝛ deuotos hortat̄: vt gratias agam⁹ do-
mino deo noſtro: qm̄ ipe de⁹. i. creator: ipe eſt dn̄s. i. redē-
ptor. Ipſe eſt noſter. i. ſaluator. Tunc eñ veriſſime noſter: 1. ad cor.15
cū erit oīa i oib⁹. i. ſufficiētia ſinguloꝝ. Ipſe eſt ergo de⁹: Nota.
q̄ de nichilo nos creauit. Ipſe eſt enim dn̄s: q̄ ſuo ſanguīe
nos redemit. Ipſe eſt noſter: q̄ ſine munere nos ſaluauit.
Qui creādo: dedit nobis naturā. Qui redimēdo: tribuit
gratiā. Qui ſaluādo: ꝓfert gloriā. Chorus ergo rn̄dēs/ſa-
cerdotis verbū approbat ꝛ affirmat. Dignū (inq̄t) et iuſtū
eſt. Dignū eſt q̄tū ad deum: q: ipſe dn̄s de⁹ noſter. Juſtū
eſt q̄tū ad nos: quia nos ſum⁹ populus ei⁹: ꝛ oues paſcue Pſal.94.
ei⁹. Uere dignum eſt et iuſtum eſt: equum et ſalu. nos tibi
ſemꝑ ꝛc. Dignum: q: nos mera voluntate feciſti. Juſtum:



M.E.C.D. 2016

q: pura mīa redemiſti. Equū: q: nos gratuito iuſtificas.
Salutare: q: perpetuo nos glorificas. Agere gratias tibi
Pſal.102. dn̄e ſctē pr̄ omp̄s: ſemꝑ eterne deus. Unde pſalmiſta. In
Pſal.33. oī loco dn̄atiōis ei⁹: bn̄dic aīa mea dn̄o. Et iterꝫ. Benedi
1.Jo.2. cā dn̄m in oī tp̄e: ſemꝑ laus ei⁹ in ore meo. Per xp̄m dn̄m
Ad heb.5. nr̄m. Aduocatum em̄ habem⁹ apud patrem ieſum xp̄m.
Juſtum q̄ interpellat ꝓ nobis: et ipſe eſt ꝓpiciatio ꝓ pec-
catis noſtris qui exaudit in oīb⁹ ꝓ ſui reuerentia. Per eū
ergo quaſi ꝑ mediatorē laudes offerim⁹. Per eum: quaſi
ꝑ aduocatum grās exhibem⁹. Per quē maieſtatē tuā lau-
dant angeli/ adorāt dn̄atiōes/ tremunt poteſtates. Utiqꝫ
ꝑ illum/ laudāt/ adorāt/ et tremūt. Per quē oīa facta ſunt:
Gene.1. per quē oēs ſpirituū ordines ſunt creati. Nam dixit de⁹:
Pſal.32. fiat lux: et facta eſt lux. Uerbo dixit/ verbo fecit: q: verbo
Joan.1. dn̄i celi firmati ſunt: ꝛ ſpū oris ei⁹ oīs virt⁹ eoꝝ. Et in prin
cipio erat verbum: ꝛ verbum erat apud deum: et de⁹ erat
verbum. Omnia ꝑ ip̄m facta ſunt: ꝛ ſine ip̄o factum eſt ni
Pſal. vlti. chil. Laudant. Unde pſalmiſta. Laudate eum oēs angeli
1.Eſdre.9. capi. ei⁹. Adorāt. Unde Eſdras. Exercit⁹ celi te adorant. Tre-
Capi.26. munt. Unde Job. Colūne celi contremiſcunt: ꝛ pauēt ad
nutum eius. Tremere vero dicunt non metu formidinis
Ad heb.1. cum ſint ꝑfecte beati: ſed admiratiōis effectu/ vel obediē
tie famulatu. Cū ſcd̄m apl̄m. Omnes ſint adminiſtrato-
pſal.vltio. rij ſpirit⁹ in miniſterium deputati. Celi dicunt laudare q̄
laudis p̄ſtāt materiā. Unde pſalmiſta. Laudate eum celi
Seraphin celoꝝ: ꝛ aq̄ que ſuꝑ celos ſunt laudēt nomē dn̄i. Uel ꝑ ce-
interptat. los hic thronos accepit. Quia dn̄s ait. Celū michi ſedes
Eſaie.66. eſt. Seraphin ardens vel ſuccēdens iterp̄tat: eo q̄d pre ce-
teris ardēt. Uel ſuccēdunt in charitate. Reperit aūt hoc
nomen et neutrum et maſculinum. Sed neutraliter ter-
minatur in/n/in hoc loco beata ſeraphin: maſculine ter-
minat in/m/vt ibi ſeraphim clamabāt alter ad alterum.
Eſaie.6. Sex cum nouē ſint ordines angeloꝝ. Quare trib⁹ exclu-
Mouet ſis in prefatione ſex ponunt an non illi cū alijs maieſtatē
dubium. deū glorificāt: et adorāt? Abſit. Nam virtutes celoꝝ: oēs
Pſal.32. celi ordines cōprehēdunt. Un̄ pſalmiſta. Uerbo dn̄i celi
Pſal.23. firmati ſunt: ꝛ ſpū oris ei⁹ oīs virt⁹ eoꝝ. Dn̄s virtutū ip̄e

M.E.C.D. 2016

eſt rex glorie. Uel forte licet occulta tamē certa prouiſum
eſt ratiōe. Dyoniſius quippe tres eſſe tradit ordines an-
gelorum: ternos in ſingulis ponēs: vt ſimilitudo trinita-
tis in eis inſinuetur expreſſa. Sint enim tres ordines ſu- Nouē ordi
periores/tres inferiores/tres medij. Superiores/cheru- nes ange-
bin/ſeraphin/throni. Medij/dominationes/principat⁹/ lorū deſcri
poteſtates. Inferiores/virtutes/angeli/archangeli. De buntur.
ſingulis aūt hic medius ordo ſubtrahitur. De ſuperiori-
bus cherubin: de medijs principatus: de inferioribus ar-
changeli: quia cōparatione trinitatis eterne (cuius maie-
ſtas hic precipue cōmendatur) omnis alia trinitas dimi-
nuta reperitur et īperfecta. Nam quis in nubibus equa- Pſal. 88.
bitur domino: aut quis ſimilis erit dn̄o in filijs dei. Ue-
rūtamen increate trinitatis veſtigium relucet in omnib⁹
creaturis: tam in angelo ꝙ in homie ꝙ in mundo. Nam Ezech. 28.
ad angelum (inquit propheta. Tu enim ſignaculum ſimi-
litudinis plenus ſapientia: ꝛ perfect⁹ decore de homine.
Dicit ſcriptura. Fecit deus hominem ad imaginem et ſi- Gene. i.
militudinem ſuam. Deinde dicit apoſtolus. Inuiſibilia Ad rom. i.
dei per ea que facta ſunt a creatura mundi intellecta ꝯſpi
ciuntur. Quelibet aūt trinitas ſiue ſpiritualis in angelo:
ſiue corporalis in mundo: ſiue corporalis et ſpiritualis in
homine ſimilitudinem quādam trinitatis diuine oſten-
dit. Ipſius tamen ſimilitudinis non perficit veritatem.
Deus enim ſpiritus increatus immēſus. Summe potēs.
Summe ſapiēs. Summe bonus. Increat⁹: quia non ince
pit ex tempore. Immenſus: quia non circūſcribitur loco.
Incōmutabilis: quia non mutatur affectu. Summe po-
tens cui nichil eſt impotentie. Summe ſapiens: cui nichil
eſt ignorātie. Sūme bonus: cui nichil eſt inuidētie. A quo Ad rom. ii
omnia. Per quem omnia. In quo omnia. A quo omnia
ſunt potenter creata. Per quem omnia ſunt ſapienter re-
formata. In quo omnia ſunt diligenter conſeruata. Crea
ta per potentiam. Formata per ſapientiam. Conſeruata
per diligentiā. Per potentiam patrem: cauſam efficien-
tem. Per ſapientiam filium: cauſam afficientem. Per di-
ligentiam ſpiritum ſanctum: cauſam perficientem. Tres



M.E.C.D. 2016

Joan.5. enim ſunt q̃ teſtimonium dant in celo. Pater/verbum/⁊
ſpirit⁹:et hi tres vnum ſunt. Tres perſonaliter ſua quiſqꝫ
notione diſtinctus. Pater generatione. Filius filiatione
Spiritus ſanctus proceſſione vnum eſſentialiter totum
omneſqꝫ ſinguli natura potētia. Volūtate ⁊ oīno quiq̄dē
ſcōm ſubſtātiam predicatur. Hanc eternam et indiuiduā
trinitatem. Laudant angeli/adorant dominationes/tre-
munt poteſtates. Cum quibus ⁊ noſtras voces ⁊c. Duas
enim omnipotens deus rationabile condidit creaturas.
Angelicam et humanā que laudibus diuinis inſiſterēt:⁊
ei gratiarū redderēt actiōes:quas cum de pari voto cōce
lebrant tanq̄ꝫ ſuperiores et inferiores corde in celeſti ec-
cleſia conſonantur. De qua dicit Joannes. Et audiui vo-
cem ſicut cytharedoꝝ cytharizantium in cytharis ſuis:⁊
cantabāt canticum nouum ſupplici confeſſione:quaſi nō
ſuperba preſumptione ſed humili laude dicentes. San-
Dicēdo ter ſctūs trinitatis myſterium cōprobatur. ctus. Sanctus. Sanctus dominus deus ſabaoth. Ter di-
cit ſanctus:et ſemel dicitur deus:vt trinitatis et vnita-
tis myſterium approbetur. Hoc non ſolum ſeraphim cla-
mabant excelſo dei ſolio ſcōm prophetam. Sed quattuor
Capi.4. animalia ſcōm apocalipſim in circuitu ſedis requiem nō
habebāt die ac nocte dicentia. Sanctus. Sanct⁹. Sanct⁹
dn̄s de⁹ omp̄s:dn̄s de⁹ ſctūs. i. ſctificās:nō ante ſctificat⁹
Leuiti.19. Unde ſancti eſtote. qm̄ ſanct⁹ ſum dn̄s deus veſter. Sāct⁹
Joan.17. pater dicente filio. pater ſancte conſerua eos in veritate.
quos dediſti mihi. quoniā ſanctus es. Sanctus filius an-
Luce.1. gelo ꝑteſtante. Quod em̄ naſcetur ex te ſanctū vocabitur
Joan.20. filius dei. Sp̄ūſſanctus. Sāct⁹. dicēte xp̄o. Accipite ſpm̄
ſanctum quorum remiſeritis peccata remittūtur eis. Do
minus deus ſabaoth. i. domin⁹ exercituū. videlicet ange
Canti.6. lorum et hominium quoꝝ terribilis eſt vt caſtrorū acies
ordinata. tot enī exercit⁹ habet in terra. quot ſunt ordines
in eccleſia. Tot habet in celis quot ſunt in āgelis. Nomi-
ne celi et terre/angeli et homines diuina pleni gratia per
hibentur. Uel ad litterā celi et terra gloria diuina replen
Pſal.138. tur: quia deitas vbiqꝫ eſt. Un̄ ꝓpheta. Si aſcēdero in ce-
lum tu illic es. ſi deſcēdero ad īfernum ades. Super om-

nia nō elat⁹. Subter oia nō pſtrat⁹. Inter oia nō iclusus. Extra oia nō exclusus. Uñ reperit in iob. Excelsior celo est. et quid facies. Profundior iferno. et vnde cognosces? Lōgior terra mēsura ei⁹. et latior mari. Quia vero necessarium est ad eternā salutē incarnationis quoqꝫ mysterium pfiteri. Recte subiungit. bñdict⁹ qui venit in nomine domini. Ego inqt veni in nomie patris mei. Nomē patris est filius. De quo dixit propheta. Ecce nomen domini venit de longiquo. Osanna in excelsis. Uerbū hebreum est quod significat salua/obsecro. cōpositum ex osy. quod est salua et anna quod est interiectio obsecrantis. Uel osyanna. due sunt dictiones perenaliphan prolate. bis autem dicitur osanna propter duas partes salutis que sunt stola mētis et stola carnis quib⁹ sancti beatificatur in gloria. hic laudis versiculus in psalmo centesimo decimo septimo repperitur. Quod enim turbe dixerūt. Osanna qđ ibi dicitur. hoc est. O domine saluum me fac. et eisdē verbis subiungitur. Benedict⁹ qui venit in nomie domini.

Capi.xi. — Esaie.xx. — Due ptes salutis. — Ps.117.

¶ Explicit liber secundus.

M.E.C.D. 2016

¶ Incipit liber tertius Quid ſignificat ſecretum ſilentium poſt prefationem. Capitulum .i.

Capi.12. POſt acclamãtium preconium ſequi-
tur ſecretum ſilentium. Nam vt ioan
nes euangeliſta reſcribit. Jeſus fuit
honorifice receptus a turbis cum pal
mis et laudibus. Abijt et abſcondit
ſe ab eis. non vtiqꝫ trepidantis formi
dine. ſed diſpenſantis officio. quia nõ
Mat.26. dum venit hora eius. que poſtq̃ adue
Eſaie.53. nit ſpontaneus ad paſſiõem acceſſit. Surgite (inquit) ea-
mus. Ecce appropinquat qui me tradet. Oblatus eſt qꝛ
Joan.18. ipſe voluit. Unde cum cohors et miniſtri veniſſent cum
lanternis et fuſtibus. et armis vt comprehenderent eum
ſciens ieſus omnia que ventura erant ſuper eum/ proceſ-
ſit et dixit eis. Quem queritis? Jeſum nazarenum. Dixit
eis. Ego ſum. Illud vero chriſti latibulum hoc ſecretum
ſilentium repreſentat. In quo ceſſante verboꝝ tumultu/
ſola dirigitur ad dominum intenta deuotio. Tunc enim
No. de orõ ſacerdos intrare debet in cubiculum cordis et oſtio ſen-
ne mẽtali. ſuum intercluſo dominum patrem orare/ non in multilo
Mat.6. quio ſicut ethnici faciunt qui putãt exaudiri: ſed corde bo
i. ad thi.i. no et conſcientia pura/ et fide non ficta. Dominꝰ enim nõ
Ps. deſide eſt exauditor vocis: ſed cordis/ nec eſt amonendus clamo
riũ cordis ribus qui renum eſt ſcrutator et cordiũ. Quod Anna ty-
eoꝝ audi- pum gerens eccleſie dicitur obſeruaſſe que non petitione
uit auris clamoroſa: ſed tacita deuotione quod petijt impetrauit.
tua.
Psal.5. Scriptum eſt enim in libro regum. Quia anna loquebat᷑
i. Reg.i. in corde ſuo/ tantumqꝫ labia illius mouebantur ꝛ vox pe
Psal.4. nitus non audiebatur. Itẽ in pſalmo. Que dicitis in cor
dibꝰ veſtris ꝛ in cubilibꝰ veſtris cõpungimini. Spũs eſt
Eccl's.10. deus et eos qui adorãt eum in ſpiritu et veritate oportet
adorare. Ne vero muſce morientes perdant ſuauitatẽ vn
guenti flabello ſpiritus abigantur/ quatinus auſter adue
niens perflet ortum/ vt aromata fluant. hoc eſt ne impor-
tune cogitationes tollant deuotionẽ orationis iſpiratio-
ne gratie repellantur: quo ſpiritus ſanctus accedẽs mẽ
tem fecundet: vt virtutes abundent. Ceterum ne ſacro-

M.E.C.D. 2016

ſancta verba vileſcant vt omnes pene per vſum ipā ſciētes in plateis ꝛ vicis aliiſqꝫ locis incongruis decantarēt decreuit eccleſia vt hoc obſecratio que ſecreta cenſet a ſacerdote ſecrete dicatur. Unde ferunt quod cum ante conſuetudinem que poſtmodum inoleuit/quidā paſtores decantarent eam in agro diuinitus ſunt percuſſi.

Paſtores diuinitus percuſſi.

¶ Quod ymago Crucifixi debet depingi inter prefationē et canonē: ꝛ quare canon īcipit in .t. Capitulum .ii.

TAm diſcreta recolitur memoria dominice paſſionis. Uidelicet per ea que geſta ſunt per ebdomadam ante paſchalem a decima luna primi mēſis quando ieſus abiit hieroſolymam vſqꝫ ad ſeptimam decimam qn̄ reſurrexit a mortuis propter qꝺ in prefationem ꝛ canonem in pluriſqꝫ ſacratoriis ymago crucifixi depingitur vt non ſolum intellectus littere/ verum et aſpectus ſcripture memoriam dominice paſſionis inſpiceret. Et forte diuina factū eſt prouidentia licet humana non ſit induſtria ꝑcuratum vt ab ea littera canō inciperet/que ſui forma ſignum crucis oſtendit et exprimit in figura Tahu nāqꝫ miſterium crucis inſinuat docēte domino per prophetam ſigna Tahu in frōtibus viroꝝ dolentium et gementium ꝛc.

No. ꝙ canon regula eſt vt dꝛ diſt. 3. canō ꝛta quē venit Ambroſiꝰ regulās ꝛ inſtruēs ſacerdotē offerre dō ſacrificiū.

¶ De trina traditiōe ieſu: vbi agitur quare ſacerdos facit tres cruces ſuper oblatam et calicē: et quare dicit pluraliter dona munera ꝛc. Capitulum .iii.

TE igitur clemētiſſime pr̄ eadem die qua laudes ſunt xp̄o a turbis proclamate: videlꝫ decima luna primi menſis quando ſcd̄m legem typicus agnus in domo hebreorum inferebatur verus agnus ingreſſus eſt hieroſolymam et a nequiſſimis laniſtis obſceſſus multis inſidiis q̄rebatur ad mortem. Traditus autem a tribus a deo a iuda et a iudeis. De prima traditione dicit apl's. Propter qꝺ deꝰ tradidit eum. Et alibi. Proprio filio ſuo nō pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum. De ſecunda dicitur a matheo. Querebat iudas oportunitatem vt eum traderet. De tertia dicit in ioāne. Gens tua et populi tui tradiderunt te michi. Prima ex gratia quia dilexit nos ꝛ

Traditꝰ ē xp̄s a iuda ex auaricia: a deo ex grā: a iudeo ex inuidia.
Mat. 26.
Joan. 4.
Joan. 3.

M.E.C.D. 2016

Mat.26. tradidit ſemetipſum pro nobis. Secũda ex auaricia quia
conſtituerũt .xxx. argenteos: ⁊ ex eadẽ die querebãt opor
Mat.29. tunitatem vt eum traderent. Tertia ex inuidia. Sciebat
enĩ pylatus quod per inuidiã tradidiſſent eum iudei. De⁹
ergo tradidit illũ ex dono. Judas pro munere. Judei in
ſacrificium illibatum quod vtiqꝫ iudei non libauerunt:
Mat.21. ſed gentes. Quãdo ablatum eſt ab eis regnum dei et da-
tum eſt gentibus facienti fructus eius. Ad hoc igitur de-
ſignandum ſacerdos facit tres cruces ſuper oblatã et cali
cem. Cum dicit. Hec dona. Hec munera. Hec ſancta ſacri
ficia illibata. quaſi dicat offerimus tibi clementiſſime pa
ter. Hec dona. Hec munera. Hec ſancta ſacrificia illibata.
quaſi commemorantes illam traditionem quoniã de⁹ fe-
cit ex dono. Judas in munere. Jude⁹ in ſacrificiũ illiba-
tum. Singuli tamẽ ad mortẽ / mortẽ autem crucis. Nam
licet diuerſa ſint opantia / tamen vnũ et idẽ extitit opera-
tum. Hec trina traditio tũc incepit cum filius ex decreto
dei patris ex cõſilio ſpũs ſancti: necnõ ex ꝓprio bene pla-
cito veniẽs hieroſolymã ſemetipm̃ expoſuit paſſioni. Et
cum veniſſet ibidẽ expoſuit ad quid veniſſet dicens. Niſi
granum frumẽti cadẽs in terrã mortuum fuerit ipſum ſo-
lum manet / ſi aũt mortuum fuerit multum fructum affert
Et ego ſi exaltat⁹ fuero a terra oĩa trahã ad meipm̃. Hoc
autẽ dicebat ſignificãs qua morte moritur⁹ eẽt. Uel poti⁹
qm̃ indiuiſa ſunt opera trinitatis / poteſt referri totum ad
indiuiduã trinitatẽ que tota tradidit xp̃m in mortẽ vt to-
ta per xp̃m redimeret nos a morte donum dei dãtis / mu-
nus accipiẽtis. Sacrificium offerẽtis. Et pater dedit / fili
Ad heb.9. us obtulit. Spũs ſanctus accepit. Hinc ergo dicit apoſto
lus. Xp̃s per ſpiritũ ſctm̃ ſemetipm̃ obtulit deo patri im-
maculatum. Singuli tamen dederunt / obtulerunt ⁊ acce
perunt. Sed ad diſtinctionẽ dicitur pater dediſſe ꝑ aucto-
ritatẽ: filius obtuliſſe per humanitatẽ: ſpirit⁹ ſanctus ac-
cepiſſe ꝑ benignitatẽ. O liberalis gloria. O libertas gra
cioſa. Quod deus dedit in donũ. Hoc accepit a nobis in
munus. Eadẽ enĩ ſacrificia dona ſimul et munera. Dona
nobis collata. Munera ſunt a nobis oblata. Nam que ſa

M.E.C.D. 2016

cris offeruntur altarib⁹/dona ſimul ꝛ munera nũcupant.
Unde dñs (inquit) in euãgelio. Si offers mun⁹ tuum ad altare ꝛ prius recõciliari fratri tuo: ꝛ nũc offer munus tuum ad altare. Et apl's de põtifice vt offerat dona et ſacrificia ꝑ peccatis. Daniel quoqꝫ dixit ad balthaſar. Munera tua tibi ſint: et dona tua altari da. Sermonum igitur icul catio pie deuotionis eſt excitatio. Uel ineffabilis cõmen datio ſacramẽti. Non eñ vnũ aliud inuenit vocabulum: quod tantum ſacramẽtum digne valeat appellare niſi ꝙ gratia: ſed melius dicitur euchariſtia/quod exponitur bona gratia. Dicimus autẽ pluraliter dona/munera/ſacrificia: quia panis et vinum priuſqꝫ conſecrẽtur/diuerſe ſunt species ſubſtantiarũ. Sꝫ vbi cõſecratio celeſtis acceſſerit species quoqꝫ remanẽt: ꝛ ſubſtantie cõuertãtur/ita qđ diuerſa ſunt cõtinẽtia: ſed vnicum eſt ꝯtentum. Nam illud ſub vtraqꝫ ſpecie cõtinet: licet non in idẽ ſubſtãtia conuertatur. Sicut infra planius et plenius oſtenditur. Dicunt Sancta ꝛ illibata: quia panis ꝛ vinum ſignificãt ſacroſanctum corpus: et immaculatũ ſanguinẽ xp̄i. Non eñ dicũtur illibata quaſi nondum guſtata: ſed potius illibata dicuntur.i. imaculata que ſine macula mentis et corporis oportet offerri/quatinus et cor ab ĩiquitate purget ꝛ corpus ab imũditia emũdetur. Eñ vt inqt apl's. Quicũqꝫ mãducauerit panẽ et biberit calicẽ dñi indigne reus erit corporis et ſanguinis dñi/probet autẽ ſeipm̃ homo: et ſic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit ĩdigne/iudiciũ ſibi mãducat et bibit non diiudicans corpus domini. Ideo multi ſunt infirmi et imbecilles et dormiunt multi.

Math.5.
Ad heb.5.
Quare in plurali dicunt dona ꝛ munera.
Quare dicunt ſcrã ꝛ illibata.
1.ad cor.11

## De Tribus eccleſie ſacrificiis. Capitulum.iiii.

Porro tria ſunt eccleſie ſacrificia que ſignificata ſunt in veteri teſtamẽto. Per propiciatoriũ thuribulum ꝛ altare: videlicet ſacrificiũ penitẽtie/ſacrificium iuſticie: ꝛ ſacrificium euchariſtie. De primo. Sacrificium deo ſpũs cõtribulat⁹. De ſecundo. Tunc acceptabis ſacrificium iuſticie. Et alibi. Sacrificate ſacrificium iuſticie. De tertio. Sacrificabo hoſtiã laudis. Sup altare caro mactat infra

Nota de triplici ſacrificio.
Pſal.5.
Ibidem.
Pſal.4.
Pſal.115.



M.E.C.D. 2016

Notanda valde.

thuribulum thus adolet. In ꝓpiciatorium ſanguis offer
tur. Caro mactat̃ in cõtritione/thus adolet ex deuotiõe/
ſanguis offert ꝓ redemptione. Sup altare corporis infra
thuribulum cordis ad ꝓpiciatorium dei patris. In his ſa
crificijs/panis/vinum/⁊ aqua ſpũali offerunt. In ſacrifi
cio penitẽtie. Vinum doloris et cõpunctiõis. Aqua me
roris ⁊ ploratiõis. Panis laboris ⁊ afflictiõis/doloris in
corde/meroris in ore/laboris in ope. In ſacrificio iuſticie
panis fortitudinis ⁊ cõſtãtie/vinum rectitudinis et pru-
dẽtie/aqua manſuetudinis ⁊ tẽperãtie/fortitudinis inter
aduerſa/rectitudinis inter iniqua/manſuetudinis inter
opprobria. In ſacrificio euchariſtie/panis vnitatis/vinũ
charitatis/et aqua fidelitatis/panis pro corpore/vinum
ꝓ aĩa: ⁊ aqua ꝓ populo. Sicut infra planius ⁊ pleni⁹ oſten
dem⁹. Inter hec ſacrificia primum educit: ſecundũ dedu-
cit: tertium inducit: educit inſipientes: deducit proficien-
tes. Inducit ꝑficiẽtes. Ex egypto per deſertũ. In patriã
Ex egypto ꝯfuſionis. Per deſertum ꝑegrinatiõis. In pa
triam glorificatiõis. Hec tria ſacrificia ſacerdos offert in
miſſa. Primum in confeſſione. Secũdum in profeſſione.
michee. 6. Tertium in actione. Nam ⁊ tria ſunt que ſecundum pro-
phetam deus requirit ab homine diligere miſericordiam
facere iudicium et ſollicite ambulare cum deo: diligat er-
go miſericordiã qui vult offerre ſacrificiũ penitẽtie/faciat
iudicium qui vult offerre ſacrificium iuſticie. Cũ deo ſolli
citus ambularet q̃ vult offerre ſacrificiũ euchariſtie.

¶Quibus et pro quibus et qualiter et quare ſacrificium
altaris offeratur: vbi agitur de. vij. ordinibus eccleſie: et
ꝓ q̃bus ſit orandum. Capitulum. v.

In primis ⁊c. Hic in primo nobis iueſtigandum
occurrit. Videlicet qb⁹ et pro quibus et quali-
ter et quare ſacrificiũ altari debeamus offerre: q̃
quattuor ex xp̃o canone euidẽter poſſumus euertere. Qui
bus ſoli deo: videlicet indiuidue trinitati pro quib⁹. Pro
eccleſia ſancta catholica: videlicet pro omnibus orthodo
xis. Qualiter in vnitate fidei videlicet in cõmunione ſan
ctorum. Quare pro beneficijs corporalibus/ſpiritualib⁹

M.E.C.D. 2016

et eternis. Sed pro omnibus propter deum. Primū notatur cum dicitur tibi reddunt vota ſua eterno deo viuo et vero. Secundum pro eccleſia ſancta catholica. Tertiū cōmunicātes et memoriā facientes: vl' venerātes. Quartum ꝑ redēptiōe aiarū ſuaꝝ ꝑ ſpe ſalutis et icolumitatis ſue. Sacrificiū ergo laudis offertur ⁊ gn̄aliter ꝑ cunctis et ſpecialiter ꝑ quibuſdam ꝑ p̄latis et ſubditis viris et mulierib⁹/ꝑ ſacerdotib⁹ ⁊ aſtātib⁹ ꝑ nobis ⁊ noſtris. De p̄latis ⁊ ſubditis: ibi vna cū famulo tuo papa noſtro ⁊ oībus orthodoxis. De viris et mulierib⁹ ibi. Memēto domine famuloꝝ famularūq; tuaꝝ. De ſacerdotib⁹ et aſtātib⁹ ibi oīm circūaſtātiū. Et qui tibi offerūt hoc ſacrificiū laudis De noſtris et vobis ibi ꝑ ſe ſuiſq; omnib⁹. In primis. i. p̄cipaliter offerim⁹ tibi ꝑ eccleſia tua ſancta catholica. i. vniuerſali toto terraꝝ orbe diffuſa: ſʒ fidei ſacramētis vnita: qm̄ pacificare digneris: vt pacē habeat ab hereticis ⁊ ſciſmaticis et adiuuare que diſp̄ſa eſt inter ꝑfidos et paganos: qm̄ etiā cuſtodire digneris a vitijs et a demonib⁹ et regere in proſperis et aduerſis. Id ip̄m vr̄ eſſe pacificare et coadiuuare cuſtodire ⁊ gubernare regere. Tunc pacificat cū mētes fideliū adiuuat vt ꝑ ſp̄m ſc̄tm̄ charitate diffuſa multitudinis ſit cor vnū et anima vna. Tunc cuſtodit cum inter mūdi ꝑicula regit et de ſancto mittens auxiliū de ſyon tueatur. Licet eñ in apocalipſi. vij. ſcribanť eccleſie: vna tamen in cāticis eſt columba. Nam ſapientia edificauit ſibi domū: ⁊ excidit colūpnas. vij. Una eſt ergo eccleſia. vij. ordinib⁹ diſtributa. vij. cariſmatib⁹ inſignita: quā ille pacificat ⁊ adunat: ille cuſtodit et regit qui ꝑpter ipſius regnū et munimē vnū ꝑpoſuit vniuerſis: vt oēs ab vno ſicut corpus a capite gubernenť. Unde ſtatim oratur. Una cū famulo tuo papa noſtro. Unde conſtat vt dicit pelagius ab vniuerſo orbe ſeparatos eſſe qui qualibet diſſenſione inter ſacra miſteria ap̄lici pontificis ſc̄dm̄ conſuetudinem memoriā nō frequētant. Qui vero non ſunt de romana dyoceſi ꝑ ſuo dicūt orare pontifice; quatinus vnitatē ſp̄us in vīculo pacis obſeruet. Orādū etiā ꝑ p̄ncipe ap̄ls docet ad tymotheū. Obſecro inquit primū pro

Hic dicit̄ ꝑ q̄b⁹ offertur i gn̄ali

Joā. 10. vt ſit vnū ouile et vnus paſtor.

Actuū. 4.

Pſal. 19.

Apoca. 1.

Canti. 6.

Prouer. 9.

De p̄latis.

Ad eph̄. 4.

1. ad Thi. 2



M.E.C.D. 2016

omib⁹ fieri obſecratiōes/orationes/poſtulatiōes grārum
actiones pro oībus hominibus/pro regib⁹ ⁊ oībus qui in
ſublimitate ſunt ↄſtituti vt quietā vitā et tranquillā aga-
mus in omni pietate ⁊ charitate. Sicut eñ due ſunt vite/
celeſtis ſcilicet et terrena vna qua ſpūs viuit ex deo ⁊ al-
Luce.21. dicit ecce duo gladij tera qua caro viuit ex ſpiritu. Sed vtraqꝫ vita innitiẗ vt
poſſit ſubſiſtere celeſtis ſpūalib⁹ et terrena carnalib⁹. Ita
due ſunt poteſtates eccl̄iaſtica ſcꝫ et mūdana. Una q̄ mo-
deratur ſpūalia. Altera que moderatur carnalia. Iſta per
clericos. Illa per laycos: vt iſta vacet celeſtib⁹ quantum
ad animā. Illa quo ad corpus. Poſt vtrāqꝫ poteſtatē orā-
Ortho-doxi. dum eſt pro omnib⁹ orthodoxis qui ſub vtraqꝫ fidē catho
licam et aplīcam veneranẗ ⁊ colunt. Orthodoxi quaſi re-
cte glorioſi dicunẗ q̄ deum recte fidei ↄfeſſione glorificāt.
Licet autē vnus tm̄ offerat ſacrificiū/pluralr̄ tm̄ dicit offe-
rimus: quia ſacerdos non tm̄ in ſua: ſed totius eccleſie per
ſona ſacrificat. Quapropter in ſacramēto corporis xp̄i nil
Verſus. a bono maius/nil a malo minus ꝑficiẗ ſacerdote. Unde
quidam verſificator ait. Hoc ſacramentū nūqꝫ licet eſſe ſi-
niſtrū. Quāuis ꝑ prauū celebreẗ ſepe miniſtrū. Sicut de
terius nō fit pro deteriori. Sic nō fit melius pro p̄ſbytero
meliori. Dum vero ſacerdos cū ceteris in archa ↄſiſtat: et
Nota. formā ↄſeruet traditā a colūba quia non in merito ſacerdo
tis: ſed in verbo ↄficiẗ creatoris. Non ergo ſacerdotis ini
quitas effectum īpedit ſacramēti: ſicut nec īfirmitas me-
dici/virtutē impedit medicine. Quāuis eñ opārius ali-
quādo ſit immund⁹: ſemꝑ tamen opatū eſt mundū: ſed ſi-
cut oīa mūda ſunt mūdis: ſic omnia ſunt immūdis immū
da. Mal⁹ ergo cū vitā accipit/mortē incurrit. Sic etiā bo
1.ad cor.11 nus cū mortē ſuſtinet vitā acq̄rit. Nam qui manducat in-
digne/iudiciū ſibi mādūcat et bibit.

¶ In hoc loco debēt nomīa viroꝝ recitari/vbi agiẗ quā
ſctm̄ ſit miſſaꝝ intereſſe myſterijs: quot modis de⁹ dicitur
recordari ⁊ quid diciẗ ſacrificiū laudis. Ca. vj.

Memento domine famuloꝝ famularūqꝫ tuaꝝ et
oīm circūaſtantiū. Ex hac iūctura verboꝝ ma
nifeſte conitiẗ q̄d hic quidā ſit locus vbi ſacer-

M.E.C.D. 2016

